

jurisdictione episcopali, quantum ad ius eminens adtinet, sint liberae et immunes. Dicasterium religiosum re ipsa tenet Abbatissa Quedlinburgensis. Eamdem facultatem foederati Smalcaldici Capitulo et Abbatissae Gandersheimensi adscriperunt, quum petiere, ut heic religio reformaretur. Nec *IVLIVS* immutauit heic quicquam in rebus, ad cultum diuinum pertinentibus, nisi ex compacto cum Abbatissa et Capitulo. Sed quia ei, qui templum collegiatum frequentant, partim *DVCI Serenissimo*, partim Abbatissae obediunt, Pastores, qui in eo templo verba sacra ad populum faciunt, ex transactione veteri, dicasterio sacro *DVCALI* sunt subiecti. Ineunte hoc saeculo et nuperime Fanatici homines eo mouere Abbatissam studuerunt, ut imaginariam toleraret religionem, decreto Ducalis dicasterii merito repudiatam. Sed eventus desideriis eorum nondum respondit, qui sese exemptos (m) credunt a libris symbolicis et iure iurando in illos praestito, a religione Evangelica, et theologia systematica. Est, qui olim *Serenissimam ABBATISSAM* persuasionibus extraneis cogere tentabat, ut (n) *Tuchfeldio*, Exlutherano, & Theologo ad separatisimum obstinatum ac errores varios praecepiti, permitteret facultatem concendi suggestum sacrum et ad auditores dicendi. Sed ipsa sic luce verbi diuini collustrata est, ut doceat doctores, et nugatorias nouitates ex animis infirmorum eximere ac delere conetur.

## §. VIII.

Praescriptum prudentiae dictat, ut *limitatio* admittatur animo lubenti ac prompto, vbi compacta terminum exercendis iuribus nonnullis posuerunt. Exploratissimum tamen est, Abbatissam iussisse, ut Tilemannus Schraderus Compactor per suos dateatur in custodiam, ob vitam flagitiosa actam. Eadem cognovit caussam (o) et litem, inter eumdem et M. *Valentinum Gräserum*, Superintendentem heic generalem, exortam. At tum Abbatissae adhuc adhaerebant religioni Pontificiae. Ex eo tempore honos maior ecclesiastis est exhibitus, dummodo ei iuriandum et Principi et Abbatissae (p) datum ac prudentiam pastoralem obseruarunt.

*Iliacos intra muros peccatur et extra.* Res ipsa ex Recessibus ac quaestione de *immediatae* est decidenda. Sed materia haec meas nunc excedit vires, ac plurimi mortalium decisionibus haud multum pretii deferunt. Sufficit, ius consistorii Guelferbitani strin gere Pastores et ludi magistros Gandershemenses.

---

## DISS. VII. DE TVITIONE REGIA.

CAP. I. de *INVESTITURA ABBATISSARVM* et *IVREIVRANDO*,  
Caesaribus praefando.

CAP. II. de *NEGOTIO COMITALI*.

CAP. III. de *TESTIMONIIS CAESARVM* ac Ordinum Imperii super dignitate Abbatissarum Gandershemensium.

CAP. IV. de *REGALIBVS ABBATISSÆ IVRIBVS*.

CAP. V. de *MONETA GANDERSHEIMENSI*.

CAP. VI. de *DIGNITATE PRINCIPALI*, quae Abbatissatui per sese in haeret, et immunitate ab oneribus Imperialibus.

CAP. VII. de *SIGILLIS*, quibus *diplomata Gandersheimensi ecclesiae maiori data gaudent*, et quidem

i. de *REGIIS ac IMPERATORIIS a Pipino et CAROLO M. usque ad CAROLVM VI.*

2. de

(m) De hisce alias dicam fusius.

(n) Erroris et phantasmatu huius V. C. *TVCHTFELDII* ostenderunt Academici Halenses, et in primis Ven. *Frölinghausen*, ministerium Berolinense, Clausthalense et Cellerfeldense ac Noribergense.

(o) Non de doctrina theologica, vel agendis ecclesiasticis, sed contumeliis mutuis. Iurene, an iniuria, illa euenerint, non disputo.

(p) Quid iurium inde sequatur, non definio.

INVEST  
Summa. §. 1.  
§. 2.  
§. 3.  
§. 4.  
§. 5.  
§. 6.

*D*e auctoritate prehendimus sententiam maxime intenti effluxerunt agata sunt, et quide plomata nonnulla itissae collapsis eccl. dignitas Abbatissae e ANTONIVS VLTISSIMA iussu, dei rum remotiorum commentatio eius in praesens cum addidi ea, quae SCHWEDERV ex tripode pronovel a quoquam omnem continet penes alias esto iu HATHVMOL den esse commendata tuitionem regiam G Saxonie obtinuit aperio seu Regno, ei eo tempore in Abbat me exercere poterat. tem Abbatissae euech dolfi filiorum, qui D contradixerint vel A tempore, quae est Luino regali. Hoc mu

(\*) Argumenta, cum in tro historico pfect. 29, p. 727.

(\*\*) Si ad manus sufficiem. At nullam.

(i) AGIVS in eius Vita c.

(j) Vide Diplomata Ludo

DISS. VII. DE TVITIONE REGIA.

1115

2. de *BULLIS PONTIFICVM ROMANORVM.*
3. de *SIGILLIS Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Praepositorum et Abbatissarum, praecipue antiquis.*

CAPVT. I.

DE

INVESTITVRA et IVREIVRANDO ABBATISSARVM  
HOMAGIALI.

- Summa.
- §. 1. Saeculi IX et X exempla.
  - §. 2. Saeculi XI et XII exempla.
  - §. 3. Saeculi XIII et XIV exempla.
  - §. 4. Investiturae saeculi XV.
  - §. 5. Saeculi XVI exempla.
  - §. 6. Et ex eo tempore in hunc usque diem.

§. I.

**D**e auctoritate et conditione dignitatis Abbatissarum Gandershemensium varias comprehendimus apud scriptores iuris publici et compendiorum historiae Germanicae sententias. Plerisque nil certi constitit, siquidem ne heic quidem ei, quorum maxime intererat, olim norunt, quo gradu dignitatis Abbatissa emineret. Ducti effluxerunt anni et ultra, quum scrinia grammatophylacii ecclesiastici peruestigata sunt, et quidem ab uno ac altero, vnde mysteria tenere is credebatur, qui diplomata nonnulla inspexerat. Iussu tandem HENRIETTAE CHRISTINAE, Abbatissae collapsis ecclesiae rebus utilissimae, chartae excusae sunt singulae, ut *status* et *dignitas* Abbatissae et collegii accurate nosceretur. Dux enim gloriosissimae memoriae ANTONIVS VLRICVS nosse haec ipsa percupiebat. Patris tanti filiaeque exoptatissimae iusu, deinceps *quaestio* (\*) de *statu* litteris excepta et e monumentis saeculorum remotiorum ad praesens vsque tempus corroborata est. Incidit in manus meas commentatio eiusmodi, quam manus recentior mirum in modum amplificauit. Hanc in praesens cum lectore communico, latine a me conversam. De *sigillis* et *moneta* addidi ea, quae vsui et desiderio mentium curiosarum inseruita arbitror. Quid SCHWEDERVS aliique Doctores et scriptores senserint de dignitate Abbatissae, et ex tripode pronuntiaverint, meum non est enumerare. Siqua in contrarium monita vel a quoquam obiecta sunt, ea nec diluo nec refello. A capite enim totius caussae memet contineo et avoco, datus duntaxat translationem (\*\*) scripti alieni, de quo penes alias esto iudicium. Sed ad rem.

HATHUMODA, Abbatissa prima, morti vicina, dolebat, *fese regiae tuitioni* nondum esse commendatam. (a) Quum ipsa desiderio suo praeter opinionem immoreretur, tuitionem regiam GERBIRGA I, soror ipsius, a Ludouico, Rege Franciae orientalis et Saxoniae obtinuit a. 877. 26. Ian. (b) Tuitio illa complectebatur ius subiacendi Imperio seu Regno, eiusque moderatori summo, nam nullus princeps, comes et exactor ex eo tempore in Abbatissam et collegium ei submissum potestatem ullam iudicariam legitime exercere poterat, nisi postulante et consentiente Abbatissa. Ut ad eam dignitatem Abbatissae eueherentur, contigit industria et precibus Brunonis ac Ottonis, Ludolfi filiorum, qui Ducatum Saxoniae Orientalis administrarunt, tantum abest, vt ei contradixerint vel Abbatissis eam honoris summi dignationem inuidenterint. Ex eo tempore, quae est Ludouici Regis formula, coenobium Gandershemense fletit in patrocinio regali. Hoc munimen regium et ipsum Ludouici diploma porro ab Ottone I et

Bb b b bb bb

II

(\*) Argumenta, tum in utramque partem adlata, occurrunt in *Christophori Hermanni SCHWEDERI Thesistro historico praetensionum et controversiarum illustrium ed.* Glafey a. 1727. fol. Lips. L. III. sect. 29. p. 727 - 731.

(\*\*) Si ad manus fuisset deductio similis in contrarium partem, eam omnino preferendam censuimus. At nullam vidi. Interpretem vero heic ago, non adprobatorem vel censem.

(a) AGIVS in eius Vita c. 3. p. 454, supra.

(b) Vide Diplomata Ludouici supra p. 63, sq. in nota (i) et p. 583, sq.

Il est confirmatum. Nec de auctoritate diplomatis Ludouiciani vñquam cum ratione est dubitatum. *Joannes Georgius ab ECCARD* id pro primo habet, cui aera christiana est subscripta. Alterum, quod p. 583. sqq. exstat, eodem die scriptum, ab *ECCARDO* tentatum quidem, sed suppositionis conuictum non est. Duces regalibus imperitasse Abbatii, inauditum. Dux Saxoniae Bernhardus sibi nequaquam tribuit controversiae, quae inter Berwardum et Willegisum exarserat, decisionem; sed ea ab Henrico II Cæsare ac Pontifice fuit composita. Ludouicus ipse *immunitatem regalem* confirmavit diplomate, itidem a. 877. de bonis Thuringicis dato. (c) Anno 946 *OTTO primus* iudicariam potestatem soli Abbatissae eiusque aduocato tribuit, usus formula Regis Ludouici. (d) Idem anno 956 confirmat immunitatem a Ludouico concessam, et edixit, ut Abbatissa et Canonicae in patrocinio Regum duntaxat consisterent. (e) Ea de causa coenobium S. Mariae, a Windelgarde exstructum, nonnisi Otto II a. 973 et Henricus II a. 1024. confirmarunt. Adde quod nec Imperator ipse alienare et immutare ordinem sacram et honorum possessiones collegii regalis Gandersheimensis legitime valeat, quia id soli S. Petri patrimonio fuit subiectum, vt ostendit *JOHANNES XIII.* (f) Otto II. a. 980. 4. Maii iurisdictionem capitalem, quam tunc iudices et Comites Caesorum exercabant, Gerburgae II Abbatissae confirmauit per Gandershemium, et eamdem contulit per Sesam et Grenam. (g) Regius ille bannus confirmatur denuo a. 990. (h) *SOPHIA I.* a. 1003. ab Henrico II confirmationem dignitatis petivit et obtinuit. Anno 1024 a Conrado II impetravit itidem inuestituram. *OTTO III* a. 997. Eltinense coenobium praemunivit regali tuitione, immunitate ac libertate, qualem Abbatissae Assendienses, *Gandersheimenses* et Quedlinburgenses tenebant. (i)

## §. II.

Henricus II a. 1009 Abbatissis tradit bannum regium per pagum *Dalem*. (k) Inuestituram Abbatissarum regalium eo tempore ab Imperatore factam esse interuentu virgae, satis superque notum est. (l) *ADELHEIDA* I anno Henrici III primo Goslariae inuestituram suscepit. (m) Conradus quoque II a. 1029. confirmauit immunitatem, iurisdictionem et libertatem Abbatissae Gandersheimensis eique tribuit Abbatiam regalem. (n) Anno 1044 Henricus III. Imperator in comitiis Goslariensibus coenobio Gernrodenfi diploma dedit de tuitione et libertatis et immunitatis, qualem Quedlinburgum et Gandersheim et ceterae regales *Abbatiae* possideant. (o) *Lamentatio Canonicarum Gandershemensium* ostendit, Canonicas accusasse Abbatissam et vnam et alteram apud Imperatorem. (p) *LOTHARIVS* Imperator confirmauit coenobium Clusinense, ab Abbatissis fundatum. (q) Anno 1188. Fridericus I. in comitiis Goslariensibus diiudicauit querelam Abbatissae de advocatis suis ac ministerialibus. (r)

## §. III.

*INNOCENTIUS III* Pontifex a. 1206 confirmat Abbatissis iura consueta regalia, videlicet monetam, telonium et alia. (s) Anno 1228 *BERTA* Abbatissa ad Henricum VII Regem Romanorum et semper Augustum accessit, morantem tum in comitiis Francofurti ad Moenum, et ab eo inuestituram regalium suscepit ac relaxationem iuris exuviarum, (t) quod, ad Ottонem IV vsque, Reges ac Imperatores in Episcopatibus ac Praelaturis regalibus exercuerant. Abbatissae sequentes eadem iura possederunt vna cum bonis

(c) Supra p. 585.

(d) Supra p. 602.

(e) Supra p. 603.

(f) Supra p. 620.

(g) Supra p. 624.

(h) Ibidem.

(i) Supra p. 581.

(k) Supra p. 657.

(l) Exemplum habes supra p. 665.

(m) Supra p. 668. sq. et p. 672. sq. Ipsa vocatur *Abbatissa imperialis*, in Chronico Quedlinburg. ad a. 1025. To. III. Menck. p. 202.(n) *BECMANNVS Hist. Anhalt.* L. III. p. 171.

(o) Supra p. 689.

(p) Supra Diff. II. §. 4. nota (b)

(q) Supra p. 170.

(r) Supra p. 129. sq.

(s) Supra p. 739.

(t) Supra p. 760.

bonis immediatis  
eminenti omniis  
Wilhelmus, Du  
eiusque bonis da  
ecclesiam Romai  
quoque fatetur e

Anno 1409  
bifflae *SOPHIA*  
ca, Dux Bruns  
recepit. Anno  
ne impertinet.  
te militare contingit  
sufficiat, et præf  
mentum. Eade  
cum Ducem dat  
ctu iureitando  
ambulabant per e  
iurandum eiusme  
blica non semper  
maioribus viriit  
*FRIDERICVS III*  
manus; distincte  
no imperio per fe  
praefinit.

*GERTRUDI*  
est ferali incendio  
uenerunt, ideoqu  
vel potuerunt, c  
Carolo V inuesti  
protectoris Max  
et testimonii S  
peratore Rudoli

Anna Eric  
Dorothea A  
Catharina F  
NAND  
Maria Sabin  
a. 1659.  
Dorothea He  
Christina So  
Christina a Li  
*HENRIETTA*  
*JOSEPH*  
*MARIA ELIS*  
*ELISABETA*

In singulorū  
nes, ab Antecellori  
de est, qui fieri po

(u) Supra p. 802.  
(v) Supra p. 866.  
(w) Supra p. 838.  
(x) Supra p. 864.  
(y) Confer supra p. 31.  
(z) Supra p. 399. sq.  
(aa) Supra p. 401. sqq.

## DISS. VII. DE TVITIO NE REGIA.

1117

bonis immediatis. Id vel ex eo patet, quod Abbatissae oppidum Bokenum cum iure eminenti omniusque advocatione tenuerint usque ad annum 1314. (u) Circa annum 1355 Wilhelmus, Dux Brunsuicensis, accusat Ernestum agnatum, eo quod Iuttae Abbatissae eiusque bonis clama inferat, quum tamen ecclesia Gandershemensis ad sacrosanctam ecclesiam Romanam et sacrum Romanum Imperium nullo medio pertineat. (x) Quod ipsum quoque fatetur et Iutta Abbatissa et Notarius et armiger de Piscina a. 1356. (y)

## §. IV.

Anno 1405 RUPERTVS Palatinus, Rex Germaniae regalia et feuda Imperialia Abbatissae SOPHIAE III contulit, inhaerens vestigiis antecessorum suorum. (z) Henricus, Dux Brunsuicensis, nomine Caesaris, ab Abbatissa solitum fidelitatis iuriandum recepit. Anno 1417 SIGISMUNDVS Imperator Agnetam II iurum regalium conlatio-ne impertivit. En verba Sigismundi: *Volumus tamen, ut quando praesentiam nostram te visitare contingat, Ecclesiae TVAE praedictae Regalia de manibus nostris regiis corporaliter suscipias, et praefestes, VT MORIS EST, fidelitatis, homagii, et obedientiae solitum sacramentum.* Eadem de causa iam a. 1405. 9. Dec. RUPERTVS in mandato ad Henricum Ducem dato scripsit, Abbatissae esse, coram adesse et ipsius Caesaris in conspectu iureiurando fidelitatis se obstringere. Ante tempus illud Imperatores passim obambulabant per Germaniam, et Principes ipsos, e locis proximis aduenientes, ad iuriandum eiusmodi adigebant. De eis, quae tum agebantur publice, diplomata publica non semper conficiebantur. Quare nullus Germaniae Princeps inde a seris suis maioribus viritim ostendere potest factam illam singulis a Caesaribus inuestituram. FRIDERICVS III Agnetam III a. 1488. 19 Aug. inuestiuit, velut principem Imperii Germanici; distinete docens, ipsam iura sua et coenobii sui ab Imperatore et sacro Romano imperio per feudum possidere. Iuriandum fidelitatis Abbatissa etiam Caesarium praestitit.

## §. V.

GERTRUDIS iura regalia a Carolo V (a) suscepit. Diploma Caesaris exustum est ferali incendio Blankenburgico. MARIA et CLARA ad aetatem legitimam non peruerunt, ideoque non potuerunt regalia petere vel accipere. Nec impetrare studuerunt, vel potuerunt, confirmationem Papalem. MAGDALENA de Clum a. 1548. 10. Apr. a Carolo V inuestiturae collationem per D. Iohannem Alberti suscepit, quae confirmatur protectori Maximiliani II a. 1571. 3 Aug. et 8 Aug. ac Rudolfi II a. 1576. 20. Aug. (b) et testimonio Salentini ac Ernesti Episcoporum. (c) MARGARETA II. a. 1582. ab Imperatore Rudolfo II protectorum et inuestituram recepit.

## §. VI.

Anna Erica suscepit iura regalia a RUDOLFO II, data Pragae 1590. 14 Dec.

Dorothea Augusta a FERDINANDO II Vindobonae a. 1621. 9. Dec.

Catharina Elisabeta a FERDINANDO II Vindobonae a. 1626. 19. Oct. et a FERDINANDO III. Ratisbonae a. 1641. 7 Mart.

Maria Sabina a FERDINANDO III. a. 1651. 27. Jun. Vindobonae et a LEOPOLDO a. 1659. 19. Dec. Vindobonae.

Dorothea Hedwig a LEOPOLDO a. 1667. 11. Febr. Viennae.

Christina Sophia ab eodem Pragae a. 1680. 21 Maii.

Christina a LEOPOLDO a. 1683. 13 Apr. Viennae.

HENRIETTA CHRISTINA a LEOPOLDO a. 1694. 27 Sept. Ebersdorff, et a JOSEPHO a. 1707. 17 Ian. Viennae.

MARIA ELISABETA a CAROLO VI Viennae a. 1713. 14 Nou.

ELISABETA ERNESTINA ANTONIA ab EODEM a. 1714. 13. Apr. Viennae.

In singulorum horum Imperatorum diplomatis priuilegia, iura et consuetudines, ab Antecessoribus Augustissimis concessae, denuo confirmantur. Mirum proinde est, qui fieri potuerit, vt inuestitura, quae ad Dorotheam Augustam usque solium

Bb bb bb bb 2

Im-

(u) Supra p. 802.

(x) Supra p. 386.

(y) Supra p. 838.

(z) Supra p. 864.

(a) Confer supra p. 396. sqq.

(b) Supra p. 399. sqq.

(c) Supra p. 401. sqq.

*Imperatorium* respexit, conuerti potuerit in *minorem*, quae ad administratores bonorum saecularisatorum et personas principali dignitate haud eminentes pertinet, atque in loco, *Hofftube* dicto, peragitur. Abbatissatui certe Gandersemensi *dignitas principalis* adhaeret. Et quis nescit, Abbatissatum illum esse saecularem, atnequaquam saecularisatum?

## CAPVT II.

DE

## NEGOTIO COMITALI.

Summa §. I. *Ius comparendi in comitiis.*

§. 2. *Euocationes ad comitia.*

§. 3. *Suffragium et suffio, nec non ipsae subscriptiones Recessuum.*

## §. I.

**S**i quae personae Imperii ac Caesaris solius ac Imperii Germanici iussibus obtemperant, eique duntaxat iureiurando fidelitatis principalis obnoxiae sunt; tum in aprico est, easdem gaudere iure, proceribus Germaniae communi, videlicet exercendi et suffragia et adhesionem in comitiis Imperii summis, quibus Rex vel Imperator ipse praefidet. Sophia I interfuit comitiis Poldensibus et Gandersemensibus. *ADELHEIDA* I adfuit in comitiis Goslariensibus. *ADELHEIDA* V a. 1188 ibidem comparuit et sententiam publice in aduocatos ac ministeriales suos latam reportauit. *BERTHALL* comparuit a. 1228. in comitiis Francofurti ad Moenum. Omitto exempla complura, quae ex historia media facile protrahi possunt.

## §. II.

Quum vero *LVDOVICVS junior*, Saxo, et eius successores, Abbatiam Ganderseensem ab omni onere publico et exactione Imperiali liberam et immunem fore, declarauissent; comitia longinquiora olim Abbatissae, ni caussae et necessitates intestinae postularent, frequentare omiserunt. Qua de caussa de Abbatissis Gandersemensibus nulla sit mentio in decretis comitalibus sub Ruperto Palatino, Sigismundo, Alberto II et Friderico. In eis enim ei recensentur tantum, qui ad onera publica contra Turcos et Hussitas summas suas conferre debebant. Suffragia Praelatorum Imperialium saepe vnuſ administravit Abbas Weingartensis, vt patet ex subscriptione ad pacem prouincialē (Landfriede) Augustae Vindelicorum a. 1548. Anno 1557 Recessui Spirensi nomine ceterorum subscripserunt Abbates, Wingartensis et Ochsenhusanus. A. 1569. Recessui Francofurtano reliquorum nomine solus subscripsit Abbas Weingartensis. Idem patet ex calce *Recessus deputationis Francofurtani* a. 1571. Formulae euocationis exstant antiquissimae, qua Abbatissis ab Imperatoribus mandatum est, vt per se vel delegatos comitiis imperii intersint, certe ea praestent. quae a praesentibus procerum suffragiis ad vim legis publicae stabiliendam sint emanatura. Quid opus vero est, vt singulae evocationum comitalium formulae adferantur? Ad manus sunt eae, quas Caesares promulgarunt a. 1566. 24 Dec. a. 1575. 15 Nou. 29 Dec. a. 1576. 6 Febr. a. 1594. 10 Ian. a. 1602. 12 Aug. a. 1606. 1 Dec. a. 1614. 18 Mart. 29 Dec. a. 1615. 27 Jul. a. 1652. 27 Apr. a. 1662. 8 Febr. a. 1673. 17 Sept. Nuperrime a. 1711. 9 Martii *Baro de Metternich*, legatus Onolsbacensis, nomine Abbatissae *HENRIETTAE CHRISTINAE* administravit actum publicum, qui proceribus imperialibus est posterius. (a)

## §. III.

(a) Extract aus dem Protocoll des Fürsten Rabts a. 1711. 9 Martii: *Nächst diesem hätte man auch ad Notitiam anzuseigen, wie das bey dem Chur Mainzischen Reichs Directorio sich verschiedene Herrn Gesandte nach und nach legitimirt, als - - wie auch der Herr Brandenburg-Onolzbachische wegen Ganderseheim. Brandenburg-Onolzbach. Nachdem das lobl. Directorium anietzo angezeigt, welchergestalt die Hochwürdigste, Durchlauchtigste, Fürstin und Frau HENRIETTA CHRISTINA von Gottes gnaden des Heil. Röm. Reiche Fürstin und des kaiserlichen freyen weltlichen Stifts Ganderseheim erwehlte und von allergnädigster Röm. Kayserl. May. bestättigte Abbatissin, geborene Hertzogin zu Braunschweig und Lüneburg, Ihre Gesandten zu Vertretung Dero Stimmen gegen des jetzt besagten freyen weltlichen Stifts bevollmächtiget hätte, so wolle demselben Er dafür den*

88\*

Quantum a  
vique habenda e  
Gandersehens  
beat. Alterum e  
palibus plerisque  
piat. Sed ignora  
beni a. 1576 ho

Magdale  
Colum  
beyde

Recessui Augustan

E  
G  
Bu  
Ar  
Ni  
Ol  
Ro

Margareta  
von de  
ten D

Recessui Ratisbone

Annae Eric  
Gräfin zu  
mer Rath  
heim."

Heg  
Gu  
Bair

Recessui deputati  
burum subscripsit.

geziemenden Das  
Stifts Ihren höch  
Freundschafts emp  
nen gelegenheit da  
erwähnte Stifts g  
hemit per expre  
künftiger Wieder  
de. Et sic discessa

## §. III.

Quantum ad ordinem subscribendi et sedendi in comitiis imperii adtinet, ratio utique habenda esset momentorum duorum. Primum in eo consistit, quod Abbatia Gandersheimensis sit dignitas per se principalis ideoque suffragio singulari gaudere debat. Alterum est, quod ea Abbatis non principalibus sit excellentior et ipsis principalibus plerisque sit antiquior, singulis autem ratione fundatorum palmam fere praeripiat. Sed ignorantia saeculorum efficit, ut haec vulgo fuerint neglecta. Recessui Ratisbonensi a. 1576 hoc ordine est subscriptum:

Quedlinburg.

Nieder Münster zu Regenspurg.

Ober Münster zu Regenspurg.

Gernrod.

Rotten Münster.

Magdalene, Abtissin zu Gandersheim vnd Wunschdorff, gebornen von<sup>c</sup> Columna, Albrecht Busch vnd Johann Holdbeck Advocat zu Regenspurg,<sup>c</sup> beyde der Rechten Doctores.<sup>c</sup>

Andlau.

Hegbach.

Guttenzell.

Baind.

Recessui Augustano a. 1582 hoc ordine a Praelatis est subscriptum:

Quedlinburg.

Eissen.

Gernrod.

Buchau am Federsee.

Andlau.

Nieder Münster zu Regenspurg.

Ober Münster zu Regenspurg.

Rotten Münster.

Margaretae Abbtissin des freyen weltlichen Stifts Gandersheim, gebornen<sup>c</sup> von der Columna, Albrecht Busch vnd Caspar Gladebeck, beyde der Rechten Doctores.<sup>c</sup>

Recessui Ratisbonensi sic a 1594. subscriptum:

Quedlinburg.

Eissen.

Gernrod.

Buchau.

Lindau.

Nieder Münster zu Regenspurg.

Ober Münster zu Regenspurg.

Andlau.

Rotten Münster.

Annae Erichs Abbtissin des freyen weltlichen Stifts Gandersheim gebornen<sup>c</sup> Gräfin zu Waldeck, Arnold von Buchholtz, Churfürstl. Cölnischer Geheimer Rath vnd Cammerer, Thumherr zu Lüttich, Münster vnd Hildesheim.<sup>c</sup>

Heggbach.

Guttenzell.

Baind.

Recessui deputationis Spirensi a. 1600. Abbas Weingartenis nomine omnium Prae-latorum subscriptum.

B b bb bb bb 3

Re-

geziemenden Danck biemit erstattet, höchst gemeldte Ihr Hochfürstl. Durchl. ließen sich und Dero Stift Ihr höchst vnd hochgeehrtet, auch verbiestet, Mitständen, zu Gnaden, Protection, vnd aller Freundschaft empfehlen, würden sich glücklich schätzen, wann sie solches um einen ieden zu verdien-nen gelegenheit hätten. Vnd weil das Votum curiatum der Rheinischen Praelaten, zu welchem ob-erwähntes Stift gehörte, anietzo nicht verfüret würde, so wolte Er die Concurrentz zu demselben biemit per expressum reserviret vnd deshalb quavis competentia vorbehalten haben, damit bey künftiger VViederverführung derselben gebührende Communication mit ihm Gesandten gepflogen wür-de. Et sic discessum.

Recessui Ratisbonensi a. 1603. nomine Abbatissae Annae Ericae subscriptus Geor-  
gius Koch. *Recessus Imperii* ed. 1720. Francof. fol. p. 1003.

Recessui Ratisbonensi a. 1613. a Dorothea Augusta non est subscriptum.

Recessui Ratisbonensi a. 1654. subscriptus nomine Mariae Sabinae Matthias Wol-  
fching Doctor. Pag. 1149. l. c.

Olim ad comitia neminem delegarunt Abbatissae Gandersheimenses eo, quod  
immunes erant a dependendis oneribus publicis. (b) Quod ipsum de Abbatia Andla-  
vieni nominatum quoque comprobatur *IMHOFIVS*. (c)

### CAPUT III.

DE

## TESTIMONIIS CAESARVM ac ORDINVM IMPERII super dignitate principali Abbatissarum Gan- dershemensium.

*MAXIMILIANVS II Caesar* a. 1571. 8. Aug. in litteris, quas vocant *protectorii*, lucu-  
lente testatur, collegium illustre Gandesianum soli Caesari et Imperio sine ullo  
medio subesse. Eamdem sententiam confirmarunt proceres Imperii a. 1576. 6 Octo-  
bris, in comitiis Ratisbonensibus congregati. Idem patet ex Maximiliani II rescripto  
ad *DVCEM IVLIVM*. a. 1575. 21 Sept. dato. Nec non ex rescripto Imperatoris Ru-  
dolfi II a. 1576. 15 Oct. eiusque exasperatione a. 1579. 9 Martii et 9 Dec. Idem adpro-  
bavit Dux sempiternae eiusque glorioissimae memoriae *ANTONIVS VLRICVS*, be-  
nefactor collegii Gandershemensis immortali encomio dignissimus, anno 1709. *CAE-  
SAR invictissimus, ELECTORES et PRINCIPES* ita uno ore satentur. *DVCIS WIL-  
HELMI* testimonium ex saeculo XIV iam adtulimus. Diplomata, quibus regalia con-  
tinentur, enarravimus. In Recessu a. 1571 *DUX IVLIVS* et compacifcentes colle-  
gium Gandesianum adpellant *antiquissimum Imperatorum exemptum et saeculare coenobium*.  
A. 1572. 18. Iulii encomium id repetitum. *SIGISMVNDS* Imperator a. 1417. 25. Maii  
Abbatissam vocat *Principem imperii sacri Romani infeudatam*. Plura dabimus cap. VI.

### CAPUT IV.

DE

## REGALIBVS ABBATISSAE IVRIBVS.

*Officia ac ministeria hereditaria adhaerent Abbatiae et Capitulo, videlicet Marecalli,  
Dapiferi, Pincernae et Camerarii.*

Canonicae et Canonici, quum immittuntur in possessionem spei vel perceptionis  
redituum, iuriurandum nuncupant et repromissum sua manu conscriptum tradunt hunc  
in modum: *Dass ich in allen und ieden vorkommenden Stifts Sachen, auch wegen meiner ei-  
gen Person keinen andern Richter und Oberrichter, als in prima instantia ein Hoch- und Wohl-  
würdiges Capitulum, in secunda vice oder appellationis instantia der Fr. Abbatissin Durchl. ein-  
zig und allein zu erkennen, und nicht zugeben wolle, dass dem zuwieder gelebet werde.*

Abbatissae vero lis nonnisi in iudicio summis Imperii Caesarisque intenditur. Co-  
pione id docet *MARTINVS PROBSTIVS* a. 1602. 14. Aug. in responso, quod ab eo  
eam ob caussam foris expetebatur. *Schulenburgii* illustrissimi id a. 1712. in litis Bornhu-  
fanae alia fassi sunt et re ipsa ostendunt.

Imperatores Abbatissas investiunt etiam de feudis conferendis. Vnde oritur ius  
conferendi feuda et homagia recipiendi, tam in ecclesiasticis quam non-ecclesiasticis.  
Ad ecclesiastica pertinent Praebendae, Vicariatus, Parochiae; Ad non ecclesiastica spectant infeudationes de bonis temporalibus.

Iuris-

(b) *RAVTNERI Staatskunst* P. V. c. 4. §. 13.

(c) In *Notitia procerum Imperii* L. III. c. 29. §. 10.

Iurisdictio  
huc saeculo sunt  
censticis et villicis  
tionis receptis, C  
qis permutationis  
bus. jurisdictione  
num regium esse t  
lus Archivi  
invictissimo CARO  
13. Nou. et 1729. 2  
lus legum fe  
nicarum, de restr  
lus conceder  
potest exerceri, e  
petuum; sed, si s  
lus faciendi  
moli, in furto no  
lus foederum  
cum summis, me  
lus venandi  
Illud maximam pa  
pactua et venation  
lus mercatus  
cessum.  
lus metalli fo  
montani, in quibus  
Exemptio ab o  
sis nomine Imperii a  
Haec in com  
meum non interpe

Summa. §. 1. O  
§. 2. N  
§. 3. N  
§. 4. Br  
§. 5. Nu  
§. 6. Nu  
§. 7. Nu  
§. 8. Nu  
§. 9. Quo  
§. 10. De

OTTO III. Imperator  
ius monetae contul  
bus, vt, numos g  
Commemorarunt mi  
tim in hortis vicini  
tum vel aliorum pre  
derunt in manus m

## DISS. VII. DE TVITIONE REGIA.

1121

Iurisdictio Abbatissae in Praebendatos est summa. Iudicia feudalia superiori adhuc saeculo sunt exercita. Iudicia censitica tria quotannis administrantur. Iudiciis censiticis et villicationis in Rutenberg et Hohen-Eggelsen praesunt, ex lege infeudationis receptis, Capitulares. Iudicium censiticum per *Grossendenkte* cum reliquis adiectis permutationis lege, initio hoc saeculo, cessit Ducibus Serenissimis Brunsuicensibus. Iurisdictionem capitalem Ducibus Brunsuicensibus per aduocatiam nobilem et banum regium esse traditam ab Abbatissis, constat.

Ius Archivi et Cancellariae Abbatissis et Capitulo nuperime quoque tribuitur ab invictissimo CAROLO VI, christianissimo ecclesiae occidentalis propugnatore, a. 1726. 23 Nou. et 1729. 25 Sept.

Ius legum ferendarum patet ex *statutis* passim conditis, e. g. de receptione Canonicarum, de restricto Canonicorum numero, de gynceo pauperum etc.

Ius concedendi priuilegia, feuda, exspectatiwas, dispensationes ab Abbatissis potest exerceri, et quidem, si accesserit consensus Capitularium singulorum, in perpetuum; sed, si is defit, ad regiminis sui duntaxat tempus.

Ius faciendi gratiam delictis Abbatissa exercuit nuper in crimine aliquo libelli famosi, in furto non vindicato &c.

Ius foederum et compactorum faciendorum patet ex variis transactionibus, quae cum summis, mediocimis et inferioribus, a diurno saeculorum tractu sunt initiae.

Ius venandi, forestale et pascui a Caelare confertur per *Wildbanen und Weiden*. Illud maximam partem per feuda aliis collata ad alios transit. Restant tamen siluae, pascua et venationes, sed in angustum redactae.

Ius mercatus, telonei et monetae Abbatissis a. 990. ab Ottone Imperatore concessum.

Ius metalli fodinarum et salinarum exerceri non potest, siquidem tractus illi montani, in quibus metalla et saline forte occurunt, in feuda aliis sunt traditi.

Exemptio ab omnibus oneribus Imperii viguit ad annum usque 1500. Ab Abbatissis nomine Imperii adhuc nil exactum.

Haec in compendium missa aliunde accepi et latine interpretatus sum. Iudicium meum non interpono, recusans ea pro meis haberi, quae mea non facio.

## CAP. V.

DE

## MONETA GANDERSHEIMENS.

*Summa.* §. I. *Origo iuris monetae ab Ottone III.*

- §. 2. *Numus solidus tab. VII. fig. 1.*
- §. 3. *Numus bracteatus tab. VII. fig. 2.*
- §. 4. *Bracteatus tab. VII. fig. 3. expositus.*
- §. 5. *Numi fig. 4. 5.*
- §. 6. *Numi in fig. 14. 6.*
- §. 7. *Numi in fig. 7. 8.*
- §. 8. *Numi fig. II. 12. 13.*
- §. 9. *Quorsum peruererit ius monetae.*
- §. 10. *De valore et pretio Gandershemensis monetae et librae.*

### §. I.

OTTO III. Imperator anno 990. Abbatissae Gerbergae, omnibusque eam excepturis, ius monetae contulit. Deuotis enim Deoque addictis tanta inesse fides debebat hominibus, vt, numos genuinos adulterinis substitutum iri ab eis, videretur vix fieri posse. Commemorarunt mihi seniores, inuentum esse argentum, antiquitus heic adseratum, in hortis vicinis, ac in angulo vetustissimi cuiusdam altaris. Sed id vel neglectum vel aliorum precibus transmissum. Mihi, solerter rimanti et circumspicienti, incederunt in manus numi aliquot, quos exhibui Tab. VII. fig. 1. 3. 7. 6. Addidi eos, ex scri-



scriniis libellisque aliorum, quos praeterea ad tractationem meam spectare existimaueram.

## §. II.

*Figura I exhibet solidum argenteum, inter rudera moenium Abbatiae inventum. Circum adscriptae litterae vix adparent. Coniecturam duxi ex ductibus nonnullis extantibus, designari Sophiam I, Ottonis III sororem. S et P et I armato oculo sese offerunt. In anticae medio adest A maiusculum, cuius ductus ita sunt efformati, ad modum monogrammatum, ut vox inde prodeat: Abbatissa. In postica ponitur ob oculos crux, signum coenobii sacri, et littera A. Benedictus VII Archiepiscopis nonnullis concessit priuilegium, ut crucem sibi preferendi gauderent facultate. (a) Abbates vero, Abbatissae, et Praepositi, crucibus erectis praedia sua signabant, ut proficiscentibus innotescerent fines agrorum, Deo, et Christo in crucem suffixo, traditorum.*

## §. III.

Saeculo XI, exeunte Comites Winceburgenses aduocatiam nobilem et armatam Gandershemii administrarunt, cui quondam ius cudendi numos erat adnexum. Successerunt in eorum aduocatiam *Fridericus Junior* et *Albertus II*, Comites Sommersburgenses, Adelheidis IV Abbatissae Gandersheimensis ac Quedlinburgensis, pater et frater. Albertus certe vocatur *utriusque ecclesiae aduocatus*, ad annum 1169. (b) Ad Adelheidam IV et Albertum refero numum fig. 2. Rationes, cur ita sentiam, in Vita Adelheidae IV exposui. Nunc ea adtingam, quae lectorem admonere videtur necessum. Abbatissa in hoc bracteato ad sinistram sedet, dextra palmam vel lauream preferens. Ad dextram stat aduocatus nudato capite, sinistra iusurandum fiduciarium ac clientelare indicans, dextra districtum et elatum gestansensem. Inter utrumque stat pulpitus, in quo solebant quatuor euangelia, in quae iurabatur, poni. Adpositae sunt literae: A T H E L C E O: quae notant *Athelbertum* et *Athelheidam*, fratrem et sororem. Ut intelligantur litterae in ora circum adiunctae; recordandum est, Abbatissam illam et *Quedlinburgicae ecclesiae*, cui praesidem dederunt *S. Seruatum*, et *Gandersheimensi*, quae Innocentio ac Anastasio dedicata est, praefuisse. Quo posito, ter repetitum Sigma tres sanctos significat. S T R notant *str*, id est, *sanctorum*. C O R est *SERvatus*. N est *Innocentius*. Sequuntur V, E inuersum, C, A. In reliquis nonnullis numis notae eiusdem ante V adparet Q seu —. Vnde patet, legendum esse: *QVedleburgensis Et Gandersheimensis Abbatissa*. Hinc cooritur inscriptio tota: *S. S. Sanctorum, Seruatis et Innocentii, Quedlinburgensis et Gandersheimensis Abbatissa*. Abbatissam indicari, facile ex velo sacro et habitu reliquo intelligitur.

## §. IV.

Bracteatus secundus in figura tertia itidem Abbatissam repreäsentat Gandersheimensem cum aduocato suo. Turris notat castrum Gandersheimense, in quo olim vel habitate vel diuerti aduocatus solebat. Abbatissa sedet in sella, de qua duo capita canina prominent: velum gestat in capite: dextra praefert crucem Pontificalem: sinistra ostentat virgam seu hastam liligeram. Ostenditur ita dignitas, exemptio ab Episcopo, quae *immedietas* dicitur *sacra*; et *imperialis* tuitio. Quae quum curatius pensito, sensim in eam propendeo sententiam, aduocatum indicari *Hermannum atque Henricum, Comites Woldenbergenses*, fratres Mathildis I. Exserta enim ex nubibus manus, cruci Pontificali imminens, videtur denotare *benedictionem et gratiam Dei*, per quam ecclesia Gandersheimensis exempta sit potestati ecclesiasticae Episcoporum Hildesheimensium. Hoc pacto verba circa oram scripta sic legenda: *Saecularis ecclesiae S. Innocentii Gandersheimensis Abbatissa*.

## §. V.

Quinam aduocatus lateat in bracteatis, tertio et quarto, fig. 4, 5. facile ex conuentientia inscriptionis extimae cum fig. 2. patet. Indicatur scilicet denuo *Adelheidis IV, Abbatissa Gandersheimensis et Quedlinburgensis*, quae, fratre Alberto ad annum extinto, in litem incidit cum Henrico Leone. Hic enim in Comitatum et Palatinatum Sommersburgensem succedere parabat. Palatinatus obtigit Ludouico V et Hermanno, fratribus, Landgrauis Thuringiae, statuente ita Friderico Barbarossa a. 1180. (c) Hermannus

(a) Supra Diff. II. p. 614. (t)

(b) Supra Diff. II. §. IX. p. 184.

(c) MEIBOMIUS To. III, rer. Germ. p. 229, 252, 257.

mannus praeterius quecumque in et arma mouit in Palatinatum. In eo, & Landgraviar Palatinatum habet suum, atque potius ipsa Anatoliana. Huc

Henricus, datus primae ab I creatus, obuius iungit fornix, superius. Infra eum libet aliquid difficili, conuenientiae Bremenfis, Palatinus hic in ha Tab. II. fig. 6. Efero figuram 12. CARD. (g) Brac lum ad tollentem, pedibus ad cursum parte fitur leones dignum, quod is, catus non item. In filio cognomini, nobium, Imperatoria radii liligeris prom ligeram gerenti, nem. Solidus, in dextra tenens scepsic平 liber euod iusurandum praret leo. Solidus hendens baculum balteo pendent nat. In postica durrent in fig. 18. e

Mortuo Henri pidum Gandersheimicepit. In castro G nr. et eorum posteri in fig. VIII. In dum; sinistra clipeus, peruenit in manu

In figura XI obu ANTONIAE numismata per se patent.

(d) HISTORIA de Land To. II. Leibniz. (e) ARNOLDVS LVBECKI. (f) POLTCARPVS LETS. (g) la Erklärung eines al

mannus praeterea vxorem duxit Sophiam, filiam Friderici V Comitis de Gots-eck, nacti ius quae situm in successionem Palatinatus a maioribus suis. Contradixit Henricus Leo et arma mouit in obstantes. Petuit hereditatem (d) Sommerseburgicam & postulauit Palatinatum. Inde exstitit (e) bellum cum Wichmanno, Archiepiscopo Magdeburgico, & Landgrauii Thuringiae. Illi enim Adelheida Comitatum vendiderat; hisce Caesar Palatinatum tradiderat. Quare Adelheidae ex usu non visum, Henricum Leonem, hostem suum, adsciscere aduocatum, fratrique demortuo substituere. Ottone Mar-chionem potius ipsa delegit. Intelligendus videtur Marchio Brandenburgensis ex gente Anhaltina. Huc spectant bracteati fig. 4. §.

## §. VI.

Henricus, Dux Saxoniae, Henrici Leonis filius, Comes Palatinus ad Rhenum, *Mazildae primae* ab Innocentio III Papa datus est Aduocatus. Ad eum referendus est bracteatus, obuius fig. 14. Imago interior praefert duas turres aedis collegiatae, quas iungit fornix, supra quem vniceps aquila, alis expansis, adstat, signum regalis tuitio-nis. Infra eum leo conspicitur, insigne posteriorum (f) Henrici Leonis. Epigraphe ha-bet aliquid difficultatis. Sanctum Innocentium & Gandersheimensem Abbatissam indi-cari, conuenientia cum superioribus satis docet. Idem Henricus fuit aduocatus ecclie Bremensis, quae Petro clavigero est sacra. Huc spectat solidus fig. 6. Henricus Palatinus hic in habitu aduocati armati gladiumque euaginatum praferentis exhibetur in Tab. II. fig. 6. Eiusdem aduocatia Gandersheimensis significata fuit aliis numis. Huc refero figuras 12. 13. 14. 15. 17. 18. tabulae II apud IOANNEM GEORGIVM ab EC-CARD. (g) Bracteatus fig. 12. sifstit Henricum insidentem equo ornato, sinistra vexil-lum ad tollentem, dextra gestantem scutum. A tergo Ducis stat leo, rectu expanso, pedibus ad cursum compositis; a fronte cernitur aquila. Solidus in fig. 3. ab anteriori parte sifstit leones duos, vultum mutuo obuerentes, qui placide iacent. Memoratu dignum, quod is, qui dextrorum procumbit, mitra ducali sit indutus; sinistrorum locatus non item. Infra vtrumque consistit aquila. Indicatur pater Henricus, Dux, cum filio cognomini, nondum ad gubernacula admoto, vna mente et cura fouens coeno-bium, Imperatoriae iurisdictioni nominatim tunc obnoxium. In postica vides crucem, radiis diligenter prominentem, vt recorderis coenobium sacrum, Abbatissaeque, virgam li-ligeram gerenti, subiectum. Solidus in fig. 14. sifstit in antica aquilam; in postica leonem. Solidus, in fig. 15. obuius, representat in antica Ducem, diademate instructum, dextra tenens sceptrum vel baculum diligenter, gestamen Abbatissarum. A latere con-spicitur liber euolutus, signum Abbatissarum et Aduocatorum. Hi enim aduocatiale iusiurandum praestare solebant in librū IV euangeliorum apertum. In postica adpar-tit leo. Solidus fig. 17. praefert in antica aduocatum, qui nudato capite, dextra adpre-hendens baculum diligenter, genu dextrum ponit in hastam. A balteo pendent nolae et tintinnabula, quibus quoque equus in fig. 12. ornatus conspi-citur. In postica denuo ostenditur leo. Eaedem imagines, licet obscuriori antica, o-currunt in fig. 18. excepto qvod advocatus stet erectus tecto capite.

## §. VII.

Mortuo Henrico Longo, Duce Saxoniae et Comite Palatino, nobilis aduocatia per op-pidum Gandersheimense tractusque adiectos sensim compluribus committi diuidique coepit. In castro Gandersheimensi sedebant nobiles de Gandersheim, Bruningus, Waltherus, et eorum posteri. Waltherum habes in figura nostra VII. tabulae VII. Idem recurrit in fig. VIII. In posteriori loco Waltherus ostentat dextra gladium ex vagina edu-citum; sinistra clipeum. Posthaec saeculo XIV aduocatia, primo dimidia, dein inte-gra, peruenit in manus Ducum Brunsvicensium, qvibus illa plus utilitatis quam damni adulit.

## §. VIII.

In figura XI obuium est Serenissimae Abbatissae ELISABETAE ERNESTINAE ANTONIAE numisma mnemonicum, quod quoque Ven. Rehtmeierus exhibuit. Singula per se patent. Addendum vero videtur id, quod fortasse nonnullos fugit. Posti-

Cc cc cc cae

(d) *HISTORIA de Landgrav. Thuring. c. XXIX. p. 920. To. I. Pistor. ENGELHVS SIVS in Chronico p. 1206. To. II. Leibn.*

(e) *ARNOLDVS LVBECK. Chron. SLAV. L. II. c. XXX. p. 288. c. XXXVI. p. 297.*

(f) *POLTCARPVS LEYSERI Progr. de Sigillo Marchatis Brunsvicensi. Helmstad. 1725. 4.*

(g) *In Erklärung eines alten Kleinodien-kistlein. p. 35.*

cae in ora inscriptum est : *Tibi aderit numen diuinum, expecta modo.* Sol oriens et adiecta vox TANDEM exponunt perigraphen. Ipsa enim Princeps a nonnullis Canonibus sub initium huius saeculi electa fuit in Abbatissam Quedlinburgensem. Lis inde per annos non paucos protracta. Tandem potissime opera ANTONII ULRICI, Ducis Serenissimi concordibus fere suffragiis Capitularibus Abbatissa fuit renuntiata Gandersheimensis. Ipsa ad clauum sedente, studium pacis hasce fouit terras, qvod posteris suaferat FRIDERICVS, pacificus & sapiens, Dux Brunsuicensis, cuius ideo numum, alibi non obuium, adduxi in fig. 12. Ac quoniam dogmata Augustanae Confessionis solemnitate saeculari anno 1730 a Serenissimis Ducibus Brunsuicensibus ac Abbatissa de novo sunt confirmata ad sensu publico ; exhibui in fig. 13. Georgium Marchionem Brandenburgicum et Onolspacensem, Confessorem intrepidum, qui anno 1530 iugulum Caesari porrexit pro veritate Augustanae Confessionis. Confessorem indicant verba : *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Georgio adiunctus est eius pupillus et cognatus Albertus, propagatione eiusdem doctrinae inclitus.

## §. IX.

Ex Saeculo XIII ius monetae ab Abbatissis non fuit exercitum. *Dorothea Hedwigis* id, paupertatis cum malo conflictata, resuscitare voluit eumque in finem magistrum, cedendi numerorum peritia imbutum, huc ex oppido Goslariae arcessiuit. Dux autem RVDOLFVS AVGUSTVS eam dehortatus est variis argumentis. *Büttnerus*, consiliarius Abbatissae, existimauit, ius monetae Woldenbergicis Comitibus per aduocati simus esse traditum et inde pervenisse ad Duces Brunsuicenses. Sed non addidit, sub quoniam modio haec lateat veritas.

## §. X.

Ex numis, Gandershemii quondam percussis, restat pretium et supputatio in litteris et diplomaticis aetatis mediae. En valorem :

*Kortlingus, ein körtling.* Triginta körtlingi valent 10 grossos Marianos.

*Marca Gandersemensis, 13 grossi Mariani et unus kortlingus.*

*Talentum Gandersemense, 6 grossi Mar. et 6. penningi.*

*Ferto quarta pars marcae.*

Confer supra p. 845. sqq.

## CAPVT. VI.

## DE

## DIGNITATE PRINCIPALI,

Quae Abbatissatui per se inhaeret, et immunitate, ex interpretatione, I. C. H.

Principum est feuda ac regalia iura ab ipso Rege et Imperatore vel per se vel per personam immediatam suscipere. Id patet ex Bertae II exemplo, et Ruperti Palatini, Sigismundi et Friderici III diplomaticis, queis uni et alteri Abbatissarum feuda imperii contulerunt. Morem istum continuarunt Abbatissae usque ad Annam Ericam, quae interuentu Caroli Baronis de Wartenberg Skal et Swigan eiusque procuratoris substituti Georgii Equitis de Gerstorf inuestituram regalem suscepit. Ipse in litteris ad Abbatissam a. 1590. 25. Aug. datis, sibi multa fuisse obiecta, quo minus inuestiturae recipiendae habilis esse posset : et id inter alia, quod *personae principales a Romano Imperatore ipso in aula inuestituram suscipere debeant.* Quare per ignorantiam vel parsimoniam Annae Ericae factum est, ut character ille summi principatus per sesquisaeculum cessauerit. Mansit nihilosecius dignitas principalis, quae per se inhaeret Abbatissatui. Jam Sigismundus a. 1417. 25. Maii Agnesam III vocat *Principem Imperii*, et paullo post *Principem Imperii sacri Romani Imperii infeudatam.* Fridericus III a. 1488. 19. Aug. Agnesam Anhaltinam vocat die Ehrwürdige, *unser und des Reichs Fürstin, unsere Fürstin zu Gandersheim.* In litteris bullatis Pontificum Romanorum saeculo XV & XVI plerumque significatur, Abbatissatum Gandershemensem exsistere dignitatem principalem. *MARIA SABINA*, quamvis natu esset Comes, ab Imperatore vocatur *Princeps nostra et Imperii, unsere und des Reichs Fürstin*, more antiquo, qui per instrumentum Pacis art. V.

S. I.

§. I. verfu: in rati  
tiss Pontificis i  
sempiternum ad  
habet:

Vnfere vnd  
vndes kayscherliche  
Creditum ef  
tila postulasse et  
Catherina Etifaber  
nimis sero comiti  
cipum reliquorum  
sum vnum remis  
cidere nollent, sa  
schus quondam i  
cile patet, Abbatiss  
no 1679. 5 Febr.  
Angliae Büttner  
battiam recens el  
inhaerere Abbatiss  
pibus, que regim  
sunt et dudum fue  
batam esse dignita  
cuius memoria apu  
maniae in comitatu  
tus Gandershem  
Metternich, a. 173

Vnd ift noch i  
nen Gedanken ste  
dem von denen H  
macht worden.  
thun müssen, n  
chen, so befind  
kant zu machen,  
zu benehmen."

Diu est, qui  
tur, quae quippe  
spondet. Sunt et  
rum dignitates eo  
de id quoque dici  
ctoritatem spectat  
probat titulum: ge  
locus comitialis in f  
cipalis non adhaere  
to maior esset haber  
ven Decanatus Gan  
teria Decana, qua ta  
Canonicarum, quae  
Nikolominus ipsa est  
pilis Abbatissarum or  
imperator. Stat tam  
Capitulum, sigillum  
sum primo loco pon

(i) Caesareum Commis  
Praelatos, quoru  
(\*) Deducto autem no  
ferre examinanda  
(\*) BILDERBECK in R  
(\*) ZWANZIG in tbea

§. I. versu: *in reliquis*, Lutheranis Abbatissis est restitutus et ad aequalitatem cum Abbatissis Pontificiis redactus. Titulus ab IMPERATORE CAROLO VI, cui Deus robur sempiternum adspiret, Abbatissis Mariae Elisabetae et Elisabetae Ernestinae Antoniae sic habet:

Vnsere vnd des Reichs Fürstin, vnd liebe andächtige - - itzo erwählte Abtissin<sup>a</sup> vnsers kaiserlichen Gefürsteten weltlichen Stifts Gandersheim.<sup>b</sup>

Creditum est vulgo, D. Illiconem Vmimum a. 1640 suffragium singulare pro Abbatissa postulasse et ad tempus administraisse, ideoque discedere iussum esse. Sed, in Vita Catharinae Elisabetae caput eius caussae expositum sit, oportet. Abbates & Abbatissae nimis fero comitia frequentare cooperunt, ideoque suffragiis singulis potiri per Principum reliquorum potentiam non potuerunt. Omnes igitur ad unam curiam et subsellium vnum remissi. Quum vero sensim euigilarent quoque ceteri iuribusque suis excidere nollent, saeculo superiori medio subsellium (a) renanum Sueuico, in quo D. Burchius quondam iuxta Abbatem Salmonis willerensem sederat, est adiectum. Hinc facile patet, Abbatissas nequidem cogitasse vñquam de iure sigillatim suffragandi. Anno 1679. 5 Febr. RVDOLFVS AVGUSTVS, beatissimae memoriae, percunctatus est Anastasium Büttnerum, quali ordine dignitatis ipsius filia CHRISTINA SOPHIA, in Abbatissam recens electa, sit adficienda. Respondet Büttnerus, dignitatem principalem inhaerere Abbatissatu ideoque Abbatissam merito antecedere omnibus feminis Principibus, quae regimine terrarum Imperii et investitura Imperiali careant. Quum vero sint et dudum fuerint, qui aliis persuadere student, Abbatiam Gandershemensem orbatam esse dignitate sua principali; ea propter Abbatissam HENRIETTA CHRISTINA, cuius memoria apud nos semper est in benedictione, anno 1710 cum proceribus Germaniae in comitiis (\*) communicari decreuit deductionem iustum de principali Abbatissatus Gandershemensis dignitate. Ipsa addidit haecce in litteris ad F. W. Baronem de Metternich, a. 1731 Rudolfstadii defunctum, a. 1710. 21 Decembris:

Vnd ist noch mancher vornehmer Reichs-Stand, so diese (b) Stunde noch in denen Gedancken stehtet, es sey das Stift Gandersheim kein freyer Reichs-Stand, sondern von denen Hertzogen zu Braunschweig schon längst zu einem Landt-Stand gemacht worden. Wie aber mein schweres Iurament, so ich bey der Wahl dem Stift thun müssen, mich höchstlich verbindet, des Stifts bestes auf alle weise zu führen, so befindet sich mich allerdings schuldig, auch des Stifts Hoheit öffentlich bekant zu machen, vnd allen Menschen, die gegen selbiges gefassten falsche concepte zu benehmen.

Diu est, quod inscriptio publica, gefürstete Abtissin, ab Abbatissa quoque adhibetur, quae quippe ambiguitati non favet, et historiae stiloque veteri latino magis respondet. Sunt enim Abbatiae, quibus praesunt et subsunt personae principales; at quarum dignitates eo nomine nondum cum principali dignitate per se cohaerent. Deinde id quoque dicitur principale, fürstlich, quod Principi terrae obtemperat et ad eius auctoritatem spectat. Quare a. 1727. 15 Febr. I. liber Baro de Bode Vindobonā quoque approbat titulum: gefürstete Abtissin. Ex imperitia, opinor, contigit, quod Abbatissae locus comitialis in subsellio Praelatorum renanorum, quorum Praelaturis dignitas principalis non adhaeret, adtributus sit. (c) Ad minimum praerogatiuae et antiquitatis ratio maior esset habenda, quemadmodum alias in iure ceremoniali fieri consuevit. An vero Decanus Gandershemensis per se sit dignitas principalis, alia est quaestio. Ipsa certe Decana, qua talis, non est imperii Princeps, nec Abbatissae adiutrix, sed prima Canonistarum, quae Abbatissae omnino subest et ab ea confirmari in Decanatu debet. Nihilominus ipsa est praeses Capituli, in quo tanquam radice haeret dignitatis principalis Abbatissarum origo. Sed praeses Electorum, Imperatorem diligentium, non est Imperator. Stat tamen Decanae dignitas sua et praerogatiua, siquidem ipsa convocat Capitulum, sigillum Capitulare et Plenarium ac Archivum ecclesiae custodit, et nomen suum primo loco ponit ac decreta Capitularia promulgat. Imperator Decanam nunquam

Cccc ee 2

quam

(a) Caesareum Commissionis decretum a. 1653. 28. Mart. instaurat Subsellium renanum, et denominat Praelatos, quorum inibi est sessio.

(\*) Deductio autem non est communicata cum proceribus, siquidem plane erat supervacuum, eam offere examinandam. Sic ajunt.

(b) BILDERBECK in Reichs-Saal P. II. p. 90.

(c) ZWANZIG in theatro praecedentisac Part. II. p. 118.

quam adpellauit *Imperii principem*. Immunitas Abbatiae Gandersheimensis nititur diplomate Ludouici, beneficentia Ottonum, conditione filiarum regalis et Imperatorii sanguinis veneranda, praecipue benevolentia Ducum Brunsuicensium Serenissimorum, quibus foret quam facillimum, euertere eam immunitatem. Sed ipsorum interest, praecipue si filiabus abundant, iura et bona ecclesiae Gandersemensis vtcunque conservare, vt filiabus suis ac consanguineis praesto sit semper honestissimum suffugium domiciliumque. Dantur nonnulla Imperii bona, quorum possessores (d) nullam ad ferenda Imperii onera symbolam conferunt, e.g. Elector Moguntinus respectu Lorsch, Comes Palatinus ad Renum Sulzbacensis ratione Sulzbaci, Abbatissae Andlauiensis, Burchedensis aliaeque. Hoc, ni fallor, Ludouicus Saxo Abbatissas Gandersheimenses praemunivit priuilegio. Caesares eadem mente Abbatiam Gandersemensem vocant, si verum tetigero, *eine gefreyte Abtey*. Matriculae Imperii ostendunt, Proceres, qui symbolas publicas conferunt. Quare non est mirandum, si Abbatiae, ab eis symbolis ferendis immunes, illis rarissime sint insertae.

## CAPVT VII.

## Sect. I. DE

SIGILLIS REGVM ET IMPERATORVM,  
eis potissimum, quibus diplomata Gandersheimia sunt conspicua,  
addita plurimorum Archi - Cancellariorum et  
Cancellariorum serie.

- Summa.*
- §.1. De figuris tab. III. I. 2. 3. 4. 5.
  - §.2. De sigillis Carolingorum.
  - §.3. De sigillo Ludouici, Regis Franciae orientalis et Saxoniae fig. 8. et Caroli Craffi.
  - §.4. Sigilla Arnolfi Regis ac Imperatoris. fig. 10.
  - §.5. Sigilla Ludouici infantis, Conradi I et Henrici Aucupis.
  - §.6. Sigilla Ottonum. tab. III. 9. II. 12. 13.
  - §.7. Sigilla Henrici II. tab. IV. 14. 15.
  - §.8. Sigilla Conradi II. fig. 16.
  - §.9. De sigillis Henrici III, IV, V. fig. 17. 18.
  - §.10. De sigillis Lotharii Saxonis. Tab. V. fig. 25.
  - §.11. De sigillo Conradi III. tab. IV. fig. 19.
  - §.12. De sigillo Friderici I. tab. V. fig. 20.
  - §.13. De sigillis Henrici VI, Friderici II, Heinrici VII Regis, Conradi IV ac Ottocari, Regis Bohemiae.
  - §.14. De sigillo Ottonis IV. tab. V. fig. 21.
  - §.15. De sigillo Wilhelmi. fig. 22.
  - §.16. De sigillis Rudolfi Habsburgici, Alberti Austriaci, Friderici Pulchri.
  - §.17. De sigillis Henrici Lucelburgici, Ludouici IV Bauari, Caroli IV, Wenceslai, Sigismundi. tab. V. fig. 23. tab. VIII. fig. 33.
  - §.18. De sigillo Ruperti Palatini. tab. VIII. fig. 32.
  - §.19. De sigillis Friderici III. tab. VIII. fig. 34.
  - §.20. De sigillis Maximiliani I, tab. VI. fig. 26. Caroli V, Ferdinandi I, Maximiliani II, et sequentium ad Carolum usque VI. tab. IX. fig. 35.

## S. I.

Dolemus merito, sigilla Ludolfi et Ottonis Illustris nondum esse producta. Illud a diplomate

(d) RAVENSI Staats-kunst Part. V. c. 4. §. 13.

plomate delapi  
galeaque, collu  
fidum voce Ple  
Ipsum continet I  
eius ora extima i  
quidem Dicum  
te liber ille iam e  
minent barbae:  
nique compli  
cum iuniorem,

Ne series in  
finitur ea, qua  
ta Huberto aliosq  
latios et Cancella  
nae ducamus.

buerunt Imperat  
bus Friderici II i  
taten praefens scri  
DERICI III. Impa  
rumque hac epig  
Romavorum Imperi  
Tirlii Ut. Elect

runt maiestatica.

sigilli amplitudine

tuis fere omnes ad

doxis incrustandis

buo primariam;

dentem. Contraria

tica Regum et In

bitus. Initium

defuncto Carolo

ministrare coepi

primum iussu Z

Moguntino, ac

cessore. Ita refi

eius vulgarem E

quam esse factum

framur, eius ama

Obüt Pippinus a.

manno ex Bertha

annum 766. Anne

Widmarus a. 753. 7

therus a. 766. Diplo

gium Pippini testiu

si. action attinaco p

figillo notat voca

nofris, ad sigillum L

(\*) Apud quem To  
ticum tribuit.

(1) De sigillo maiestatica.

(2) De eis doctissime:

(3) MABILLONIVS L

c. XVI. §. 1. p

204. nota (h)

(4) MABILLONIVS

In Vindictis ignoran

(5) MABILLONIVS de

plomate delapsum tandem reperi, sed fere obliteratum. Caput ad dextram prospicit, galeaque, collum claudenti, amictum conspicitur. Cetera vix Argo adparent. In subfidium voco *Plenarium ecclesiae*, cuius tegumentum reliquiis sanctorum olim *plenum*. Ipsum continet IV *Evangelia*, statuta et matriculam ecclesiae, vtinam integrum! In eius ora extima inter gemmas fictas et eburneos ornatus eminent simulacra capitum, & quidem Ducum fundatorum et Regum, qui coenobium confirmarunt. Henrici II atque liber ille iam exstitit. Imagines illas, in tab. III. fig. 1. 2. 3. 4. expressas, exhibui. Prominent barbae: caput galea Ammonis obtectum: amiculum in dextro humero fibula nodoque complicato adstrictum. Imagines fig. 3. et 4, ut diuinamus, notant Ludouicum iuniorem, ni seniorem, et Arnulfum, vtrumque Gandershemio benignissimum.

## §. II.

Ne series interrumpatur, sigilla a Pipino ad Carolum VI percurremus singula, per stricturi ea, quae nostris desunt, ex *Mabillonio*, *Heineccio*, *Eccardo*, *Schannato*, *Philiberto* *Hueberto* aliisque viris, qui hanc Spartam ornarunt. Addimus merito Archicancellarios et Cancellarios, initia et fines regiminis, ut lineas iustas rei diplomaticae genuinae ducamus. *Sigillum maiestatis* id voco, quod in suo genere est maximum. Id adhibuerunt Imperatores, Duces, Principes et Comites. Frequens est formula a temporibus Friderici II in calce diplomatum: *Ad huius confirmationis memoriam et stabilem firmatatem praesens scriptum fieri iussumus, MAIESTATIS NOSTRAE sigillo communitum. FREDERICI III. Imperatoris Austriaci sigillum, quod adferimus in tab. VIII. fig. 3.* est plerumque hac epigraphe obscurissima insignitum: *sigillum maiestatis Friderici Dei gratia Romanorum Imperatoris semper Augusti Ducis Austriae Stirie Karinthie et Carniole Comitisque Tirolis &c.* Electores, Duces, Principes, et nonnulli Comites sigilla sua majora vocant *maiestatica*. Apud Sommersbergium (\*) et Vnrestum inueni exempla. Vtrum a sigilli amplitudine, an a maiestate signantis sic dicantur, anceps est quæstio. Posteriori fere omnes adprobant; prius contendit *Polycarpus LEYSERVS*, (a) mirus in paradoxis incrustandis olim artifex. Vtrumque coniungo, et maiestatem Imperatoribus tribuo primariam; reliquis deriuatiuam et a maiestate ac priuilegiis Imperatorum pendentem. *Contrafigilla* (b) et *repercussa* (c) ab hisce differunt. In praesens sigilla maiestatica Regum et Imperatorum, quibus imperium et potestas in Germanos fuit, recensēmus. Initium arcessimus a Pipino, Caroli Magni patre. *PIPINVS Rex Francorum, defuncto Carolo Martello patre, anno 741. cum fratre CAROLOMANNO regnum administrare coepit.* Hic euasit Monachus; ille regnum sibi arte Papali peperit, inunctus primum iusu Zachariae Pontificis a. 752. et quidem a S. Bonifacio, Archiepiscopo Moguntino, ac deinde Parisii a. 754. 5. Kal. Augusti a Papa Stephano, Zachariae successore. Ita refert ISO de miraculis S. Othmari L. II. c. 5. Ab anno 754. Epocham regni eius vulgarem *BARONIVS* et *SCHANNATVS* deducunt. *ECCARDVS* negat, ita unquam esse factum. Pippinus, in Diplomate, ab anno 752 annos regni supputat; *Wolframus*, eius amanuensis, ab anno 754 computare coepit. Utrumque igitur stare potest. Obiit Pippinus a. 768. 8. Kal. Octobr. anno aetatis 54. heredibus relictis Carolo et Carolomanno ex Bertha, quae excessit a. 783. 4 Idus Iulii. Cancellarius eius fuit Baddilo ad annum 766. Anno 767 ei succedit *Hetherius*. (d) Notarii fuerunt *Chrodingus* a. 752. *Widmarus* a. 753. 754. quem alii Widmannum et Wulmarum vocant, *Eius* a. 758. et *Hetherius* a. 766. Diploma, a Pippino praesuli Fuldense datum, edidit Schannatus. (e) Sigillum Pippini testiumque est crux †. Clausula est: *Data mense Iunio anno primo regni nostri. actum attinaco palatio publ. In Dei nomine feliciter Amen.* Turris adiecta vel praeposta sigillo notat vocem *subscriptis*, vel multiplicatum S. (f) Dedi vnicum exemplum e nostris, ad sigillum Ludouici iunioris, in tab. III. fig. 8. Praecedunt verba: *In Dei nomine*

Cc cc cc 3

ne

(\*) Apud quem To. I. scriptor, Siles. p. 377. *Conradus III Dux Sileiae et Olsenensis sibi sigillum maiestaticum tribuit.*

(a) De sigillo maiestatis Brunsuicensi 1725. 4. Helmstad.

(b) De eis doctissime egit *Polycarpus LEYSERVS* in libello singulari.

(c) *MABILLONIVS* L. II. de re diplomatica c. 16. §. 17. p. 242. *HEINECCIVS* in *Syntagma de sigillis P. L. c. XVI. §. 1. p. 169. D. Simon Fridericus *HAHNIVS* in *der Rische Historie* P. II. c. 6. §. 9. p. 204. nota (hh)*

(d) *MABILLONIVS* Annal. Benedict. L. XXIV. c. 9.

(e) In *Vindictis* quorundam Archivi Fuldenis diplomatum.

(t) *MABILLONIVS* de re diplomatica L. V. p. 448.

ne Baddilo recognouit et - - Turris porro adiecta notat: *subscriptis*. Desuit illa luxurians subscriptionis turritae consuetudo saeculo XI. Sigillum Pipini fuit factum citra effigiem capituli interiorem. Haec enim annullo impresso est indita. *Annuli regii impressionem* minit diploma ipsum. Morem seruarunt Reges et Imperatores, ad miniraum ad tempora usque Ottonum. Perigraphe extima typo sigilli est expressa, peculiariter excusi vel sculpti. Epigraphe est in figillo Fuldense: XPE PROTEGE REGEM FRANC. Apud Mabillonum epigraphe deest: nec ullum ei ibi relictum spatium. ECCARDVS putat, aut hoc aut illud sigillum esse spurium. Sed Reges et Imperatores non vtebantur uno sigillo. Plerumque diversis sigilli custodibus diuersum sigillum erat concreditum. Testor obseruationem et sigillorum inspectionem. Hoc momentum rem diplomaticam reddit longe difficillimam. Nonnunquam filii sigilla patrum quoque adhibuerunt. Quare ab uno sigillo genuino non statim ad improbanda reliqua concludi potest. Sigillorum collectioni ea de causa et annus et locus dati diplomatis adscribendus. Formula: *Christe protege Regem, Christe adiuua Regem, est votua, Graecis quondam visitatissima.* Acclamabant enim milites Imperatoribus: *Xp̄is Bon̄ei.* Et simpliciter: *Bon̄ei.* In depreciationibus ecclesiasticis pro Rege et Imperatore votum frequenter adhibuit: *Kύριε Bon̄ei δεσπότην.* Item: *Dens adiuta Romanos, adiuua Regem.* Itali praelium inituti clamabant: *Dio adiuti.* Ex qua formula vox *Thiodutta et Iodutte* profluxit, quam nonnulli falso habuerunt pro *Dea Germanorum.* Pippinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Ludouicus senior, Rex Germaniae, et filius eius, Ludouicus iunior, vbi sunt in sigillis formula: *Christe protege - - Regem - - .* LOTHARIVS Imperator formulam invexit: *Christe adiuua.* In litanis antiquis votua est et frequens formula: *Saluator mundi tu illum adiuua.* CAROLVS CALVUS in bulla plumbea adhibuit epigraphen: IHV NATE DEI KAROLVM DEFENDE POTENTER. Alioqui nomini suo addidit: *Misericordia Dei.* Formulam votuam a Graecis mutuati sunt primum Pontifices, dein Reges. (g) In Bulla Sergii legitur in antica: BOH̄O CEPPIOV; in postica visitur crux, cui subiunctum est Sigma maiuscule. (h) Tantum de epigraphe, quae alicubi est erasa. Vultus Pippini ipse in latus sinistrai conuersus: mentum barba obsitum: chlamys in humero dextro fibulae vinculis constricta: caput laurea vel fascia latiori, quam veteres *diadema* vocant, circumligatum. Aliud Diploma Pippini exhibet MABILLONIVS, (i) datum in monasterio S. Dionysii, anno regni XVII, recognoscente et subscribente *Hitherio.* Sigillum a Fuldense prorsus abhorret. Nam *Dionysianum* hoc est minus, caret epigraphe, praefertque pampinum, vice diadematis circa tempora serpentem. Hoc non videtur fuisse sigillum maiestaticum, sed potius ectypon cuiusdam anni regalis. Si figuram sigilli Pippiniani, quod Vir Celeberrimus IOANNES DAVIDES KOELERVS exercitatione genealogicae de familia Augusta Carolingica prae-misit, contempnor; id a Schannatiano haud diuersum esse, facile adparet, siquidem a KOELERO vocatur Fuldense. Delineatio tamen paullulum discrepat. In hac enim nulla fascia, nullum diadema, capitii regio additur. CARLOMANNI sigillum exhibuit MABILLONIVS. (k) Epigraphe abest. Capillus est iuuenilis: os imberbe: fascia tenuis tempora percurrit: Collum est nudum: Chlamys sinuosa in humero dextro, intertientu fibulae globosae, adstricta. Pippino defuncto, Carlomannus hic cum fratre CAROLO MAGNO regnum ex aequo partitus est. Vterque a. 768. VII. Id. Octobr. coronam suscepit: Carolus Nouomi; Carolomannus Suezione. Carolomannus decepit a. 772. 2 Non. Decembris; Carolus vero Magnus a. 814. 5 Kal. Febr. e vita emigravit. Genealogiam et numerosam stirpem solide persecutus est Koelerus laudatissimus in adducto scripto. Regimen Caroli Francicum inchoatur ab anno 768: *Longobardicum* ab anno 774: *Imperiale* ab anno 800. Ante dignitatem Imperatoriam adsumtam in diplomaticis vocatur *Carolus Dei gratia Rex Francorum et Langobardorum, vir insuper.* Praeterea Karolus annos nonnunquam ab obitu fratris et integra Franciae monarchia obtenta supputauit: immo ab anno 802, quo Bauariam, mortuo Tassilone, ditioni suae penitus (l) subiecit. Cancellarius Karolus adhibuit

1) Iterum seu *Hitherium*, Abbatem S. Martini Turonenfis.

2) Lu-

(g) HEINECCIVS in *Syntagma de Sigillis veterum* c. LX. §. 15. p. 80. sq.

(h) IDEM tab. II. n. 5.

(i) De re diplomatica L. IV. p. 386. sq. Tab. XXIII.

(k) Loco laudato p. 387.

(l) MEICHELBECK Histor. Frising. To. I. P. II. p. 89.

2) Luberon  
3) Amalbert  
4) Thiodata  
5) Lucherinus  
6) Radonem  
Color  
7) Erckambus  
8) Heremian  
Quorum vices ali  
Sigilla Caroli Mag  
sigillum Fuldense  
cum laureato cap  
modica, collum n  
la, quae profert M  
complicio carent.  
controversiae de  
representatur in  
Carolus enim, tes  
hos aliisque barbas,  
minus le BLANC  
Quare illa sigilla v  
(p) LUDOVICVS I  
Obiit vero a. 840.  
Aquitaniici incidunt i  
tandem 814. 5. Kal.  
Cancellarius C  
ab anno 818 Fridigi  
genie: 3) Hugone A  
chicapellanus Lude  
D. 945. A.  
Monogrammat  
bus nomina indica  
lationes dignitatu  
iunctum, numis

Nam Karolus, nomi  
bus subiecit, consula  
ti adpendi iussit.

LUDOVICI PII  
Ma Christi. Monogra


(m) SHANNAT in vini  
(n) Loco laudato p. 387  
(o) Loco laudato Tab.  
(p) HEINECCIVS Synt  
(q) Elifachar dicitur ab  
NIGELLVM de ri  
(r) Liutbericus, Episc  
rebus Liutberici  
Moeum ei fuerit  
(s) MABILLONIVS n  
tera k scripsisse,

- 2) *Lubertum*, qui ad annos 773-774-775. *Archicancellarius* fuit:
- 3) *Amalbertum*.
- 4) *Theudegarium*, et
- 5) *Lutherium*, usque ad annum 775:
- 6) *Radonem*, *Chrotardum*, *Herirardum*, *Bartholomaeum* et *Hildebaldum* *Episcopum Colonensem*, primo *Notarium*, postea *Archicapellani*um:
- 7) *Erkanbaldum*, *Alcuinum* et *Witigorium*:
- 8) *Heremiam*, *Angilbertum* et *Eginhardum*.

Quorum vices alii gesserunt, qui vulgo *Notariorum* et *Cancellarii* (m) adpellatione usi. Sigilla Caroli Magni gaudent epigraphe: XPE PROTEGE CAROLVM. Idem eius sigillum Fuldense SCHANNATVS aequa ac KOELERVIS exhibuit: ille non instruictum laureato capite; hic laureato. Capillus Caroli non est admodum prolixus, barba modica, collum nudatum, chlamys in humero dextro per fibulam constricta. Ea figilla, quae profert MABILLONIVS (n) et ex eo HEINECCIVS, (o) laurea et diademata conspicuo carent. De figillo Caroli M. Osnabrugensi varie disputatum non est; sed controversiae de diplomatis ipsius fide pergraues fuerunt motae. Barba Caroli modica repreäsentatur in calce diplomatum eorum, quae nullo suppositionis naeuo laborant. Carolus enim, teste Eginhardo, vestigia et mores Regum Francorum secutus est. At hos aluisse barbas, quis tandem ignorat? In *Musivo Romano*, quod et SPONIVS et Dominus le BLANC accuratissime omnium inspexerunt, Carolus conspicitur barbatus. Quare illa figilla videntur esse suspecta, quae Carolum Magnum fistunt imberbem. (p) LUDOVICVS PIVS anno 778 ex Hildegarde natus, Carolo patri a. 814. successit. Obiit vero a. 840. 12 Kal. Iulii sepultus Metis in basilica S. Arnulfi. Initium regni eius Aquitanici incidit in annum 781: initium sociati cum patre regiminis in a. 813. Anno tandem 814. 5. Kal. Febr. potestatem regalem obtinuit integrum.

*Cancellarii* Carolus Magnus usus est 1) *Helizachare*, Abbe (\* Centulensi : 2) ab anno 818 *Fridugiso*, *Drogone* Episcopo Metensi, *Hilduino* Abbe, ac *Theodone* seu *Theogene*: 3) *Hugone* Abbe Noualiciensi ab anno 835 et *Vmberto*. (\*\*) Hilduinus fuit *Archicapellanus* Ludouici PII, Abbas S. Dionysii alibique. NIGELLVS L. III. p. 924. D. 945. A.

Monogrammata quoque in censum veniunt, quae sunt compendia scripturae, quibus nomina indicantur. Initio nomen tantum exprimebatur. Ottones cooperunt appellationes dignitatum eis insérere. Karoli Magni monogramma, sigillis in diplomatis adiunctum, numisqve expressum, est huiusmodi vocemque KAROLVS (\*\*\* ) refert:



Nam Karolus, nomine Imperatoris adsumto, Indictionem et Monogramma Diplomaticis subiecit, consulatum perpetuum suscepit, ac Bullam auream chartis momenti maioris adpendi iussit.

LUDOVICI PII diplomata hoc habent primordium: In nomine Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Monogramma ipsi, et filio et nepoti commune, exprimit vocem Hludowicus.

## Sigil-

(m) SHANNAT in vindictis quorundam Archivi Fuldensis Diplomatatum p. 50. sqq.

(n) Loco laudato p. 387. sqq.

(o) Loco laudato Tab. III. n. 8. 9.

(p) HEINECCIVS Syntagma de sigillis veterum P. I. c. 9. §. 16. 17. p. 81. sqq.

(\*) Elizachar dicitur ab aliis. Ipse sinec adiecit Annalibus Laubecianis. De eo vide ERMOLDVM NIGELLVM de rebus Ludovici PII L. III. p. 925. D. 945. A. To. I. Menck.

(\*\*) Liuthericus, Episcopus, fuit quoque Capellanus Caroli Magni. Sola Frisia fide id constat. De rebus Liutherici parum innotuit, præterquam quod Liutherico cuidam ecclesiae Slavorum circa Moenum ei fuerint, via cum potestate iudicaria, commissac. Sed hic obiit anno 403.

(\*\*\*) MABILLONIVS notat Carolum, ad Imperatoriam dignitatem electum, nomen suum semper littera k scripsisse. Sed id exemplis permultis refelli potest.



Sigilla Ludouici Pii exhibent *MABILLONIUS*, (q) *HEINECCIVS*, (r) *SCHANNATVS* (s) et nuper *IOANNES GEORGIVS ECCARDVS* in *Commentariis rerum Francicarum*, qui numos quoque addidit. Epigraphe eis circum adscripta: XPE PROTEGE HLVDOVVICVM IMPERATORE. Caput eius, ad modum prioris aeu*i* Imperatorum lau*e*a redimitum. Mos ipse olim inter Graecos fuit tritissimus. (t) Mentum modice barbatum. Collum ad pectus vsque nudum. capilli ritu orbis radiantis dispersi. Sigillum illud famosum Lindauiense (u) Ludouicum repre*s*entat iuu*e*nili virgineave facie, mento glabro. Deest fibula, quae chlamydem in humero dextro constringere solet. Primus obtutus prodit suppositorum. Carolingi sigillis v*s*i sunt et cereis et bullatis. Ludouici hujus nonnullas Bullas *HEINECCIVS* ex Lindenbrogio, Mabillonio et Carolo du Fresne produxit. (x) Lindenbrogiana fistit in antica effigiem Ludouici Imperatoris, imberbis, palliati, corona aurea superiusque clausa redimiti, ferentis aquilam dextra, sinistra globum Imperiale crucigerum; In postica conspicitur aedificium, tribus turribus instructum, quo *vrbs Roma* insignitur. In *bulla* *Caroli M.* etiam in postica aedificium duas basilicae turre*s*, inter quas crux stat adrecta, exhibet. Ei subscriptum: ROMA. Epigraphe: RENOVATIO IMPER. In antica legitur epigraphe: DN. KAR. IMP. P F P P AVG. hoc est: Dominus Karolus Imperator pius felix pater patriae Augustus. Caput corona desuper conclusa redimitum: ad dextram eminet hasta. Bullis Imperatorum aureis insculpta est Romae seu Romani palatii imago, sub qua exstant verba: *Aurea Roma*. In Bullis eiusmodi verba saepius variant ac figurae discrepant. Annulum Ludouici Pii in aere incisum expressit Petrus Franciscus CHIFLETTVS. (y) Aquila, sceptro insidens, qualis est obuia in Ludouici Pii Bulla ac sigillo Henrici V, (z) fuit quondam gestamen (a) Consulum Romanorum, praecipue triumphantium ac Principum. IVVENALISSatyr. X. v. 43.

*Da nunc et volucrem, sceptro quae surgit eburno.*

*ALBERTVS*, Marchio Misnensis, in sigillo ad annum 1255 auem sinistra tenet. (b) Quantum ad globum crucigerum imperiale (\*) adtinet, eius origo ad Aegyptiorum hieroglyphica est referenda. Horum enim magi terram delineabant symbolo sphaerae pilaeque; hemisphaerium terrae notabant orbe dimidiato. Mathematicis enim, in quorum numero erant Magi, figura terrae prope sphaerica non poterat esse incognita. Unde illud Ouidii profluxit:

*Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa.*

Ea propter pinxerunt Veteres Iouem ita, vt globum eiusmodi manu teneret ac sustinaret. Quum Romani terras, in quas imperium gerebant, vocarent a parte cultiori et potissima orbem terrarum, sensim eo blanditiae prolapsi sunt, vt Imperatores suos sub luis, globum tenentis, habitu delinearent. (c) Rathleicus, Ludouici Germanici Archicancellarius, tum continuasse perhibetur Annales Metenses ab anno 838 vsque ad annum 852.

S. III

(q) Loco citato p. 395. 399.

(r) Tab. IV. n. 7. 9. 10.

(s) Loco excitato.

(t) IVSTINVS L. VIII, c. 2.

(u) HEINECCIVS l. c. n. 8.

(x) Tab. I. fig. 8. et Part. I. c. 9. §. 20. p. 24.

(y) In *historia Tornutensi* p. 195.

(z) Tabula nostra IV. fig. 18.

(a) HEINECCIVS l. c. §. 21. p. 86.

(b) Apud HAHNIVM To. I. Collect. monument. inedit. p. 99.

(\*) Augustus Fridericus de ZANTHIER in libello de *Globo imperiali crucigero* et in *Clenodiographia Imperiali*.

(c) *Vera delineatio atque descriptio globi imperialis, qui inter cetera Romani imperii insignia afferuntur* Francof. et Lipsi. 1730. fol.

LUDOVICI  
gio et Ioanni Ge  
Lansfringerfe est  
et Conringio (\*\*)  
exhibit SCHANN  
be epigraphe:  
reni cum patern  
placuit: In nom  
carinatione Domini  
filii, primum Al  
pate, regnum F  
ma Hispanica pre  
degradem filias, c  
SCHANNATVS  
auctorati veteru  
840. 10 Jun. sepul  
fi, ac lepultus e  
GOZWALDVVS,  
Habuit Notarium  
rum notariorum  
episcopu Mogun  
LIVIBERTVS,  
Abbas et HVGBE  
Cancellarii Witzari  
Hildebrandus et L  
primordia ducimus  
ecclesiae Ganders  
bri ex tripartitis L  
siam, et partem  
Liutbertus, (\*) A  
scopus Mindensi  
elle putat ac Wi  
deshemensis et a  
Sigillum huius L  
ptionis signo. I  
gilli nostri effigi  
distinctus tam  
lorum adsequi lic  
tat, in qua acutio  
parte superiori pre  
graphe respondeat e  
paret, Ludouicus  
epocham christiana  
ts publicis vtebant

(\*) Vide tab. XVI. fig.  
(\*\*) Defens. diplom. L  
(\*\*\*) SCHANNATVS  
ulci, quem ad  
Dei omnipotent  
To. I. Part. III  
(d) In Vindictis Archi  
(e) In genealogia fami  
(f) SCHANNATVS l. c  
(g) Addit. Rathleicu  
(h) In Comment. rerum  
(i) Apud Ven. SCHAN  
(j) In Append. I. ad To  
(k) IOANNES GEORG

§. III.

**LUDOVICVS**, Rex Germaniae, Ludouici Pii filius, id debet Hermanno Conringio et Ioanni Georgio ab Eccard, vt sigilla eius nonnulla sint in lucem protracta. **Lanspringer** se est dictum multo (\*) post tempore. Nec satis conueniunt illa duo, quae ex Conringio (\*\*) dedit **HEINECCIVS** tab. IV. n. 12. 13. Accuratum est sigillum, quod exhibet **SCHANNATVS**. Nullum ibi diadema, nulla laurea, mentem ferme imberbe. epigraphe: † XPE. PROTEGE HLVDOICUM. REGEM. Monogramma conuenit cum paterno, et eo, quo filius Ludouicus fuit usus. Diplomata tum ordiri (\*\*\*) placuit: *In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. In genuinis diplomatis anni ab incarnatione Domini non supputantur.* Ipse Ludouicus, natu tertius, ex Irmengarde filius, primum Alamanniae ac Baioariae populis Rex a. 817 datus; dein, viuo adhuc patre, regnum Franciae Orientalis ambiit, et a. 840. integrum retinuit. Ipse ex Hemma Hispanica procreauit *Carolomanum*, *Ludouicum* et *Carolum Crassum*. *Bertham* et *Hildegardem* filias, quae extiterint Abbatissae monasterii Thuregensis a patre conditi, **SCHANNATVS** (d) addidit. Eas vero *Ioannes Daudes KOELERVS* (e) non agnoscit, auctoritati veterum innisus. Ludouicus Pius obiit in insula Reni iuxta Moguntiam a. 840. 20 Jun. sepultus Metis apud B. Arnulfum. Ludouicus filius obiit a. 876. 28 Augusti, ac sepultus est in monasterio Laurishamensi. Huius memorantur *Cancellarii*, 1) **GOZWALDVS**, Abbas Altahensis, postea ad Episcopatum Wircburgensem euctus. Habuit Notarium *Adalleodum Diaconum*: 2) **GRIMALDVS**: 3) **RADLEICVS**, quorum notarii fuerunt *Adalleodus*, *Dominicus*, *Commeatus*, *Hugbertus*: 4) **RABANVS** Archiepiscopus Moguntinus: 5) **CAROLVS**, Rabani in sede Moguntina successor, ac 6) **LIVIBERTVS**, qui tres sese vocarunt Archicancellarios. 7) **GRIMALDVSS**. Galli Abbas et **HVBERTVS** eodem saepius munere sunt functi. Hisce adiuneti fuerunt *Cancellarii* *Witgarius* et *Hebarhardus*; Notarii autem Walto, Hadeodus, Adalbertus, Hildebrandus et Liutbrandus. (f) A Ludouici, Regis Germaniae, filio **LUDOVICO** primordia ducimus Gandershemii. Vitam eius succincte edisserit inter benefactores ecclesiae Gandershemensis. Ludouicus hic filius, seu Saxo, anno 876 mense Novembri ex tripartitis Ludouici patris regionibus Franconiam, Thuringiam, Saxoniam, Frixiā, et partem Lotharingiae, suscepit. Archicancellariatum, eo regnante, tenuit *Liutbertus*, (\*) Archiepiscopus Moguntinus, cuius vicem sustinuerunt *Wolfherius*, Episcopus Mindensis, et Geberhardus. Hunc Wolfherium I. G. ab Eccard (g) eumdem esse putat ac *Wulhardum*, qui quondam extiterat presbyter ecclesiae cathedralis Hildesheimensis et a confessionibus Hathumodae Abbatissae, vti Agius memoriae prodidit. Sigillum huius Ludouici exhibuimus Tab. III. fig. 8. vna cum adiecta turri seu subscriptionis signo. Non penitus conuenit ornamentum capituli in sigillo Fuldeni (h) cum sigilli nostri effigie. Nostrum reprezentauit **IOANNES GEORGIVS ab ECCARD**, (i) distinctius tamen, quam archetypum ipsum monet vel permittit. Quantum acie oculorum adsequi licuit, caput Ludouici, tegmine circumdata, in fronte palam ostentat, in qua acutior ac eminent gemma fuit circumclusa. Simile quidpiam in occipitii parte superiori prominet. Protome est annulo separatim consignata et expressa. Epigraphe respondet ei, quam Ludouicus pater adhibuit. Mentum leniter barbatum adparet. Ludouicus Saxo a. 877 primus Regum, quod memorabile, publicum in usum Epocham christianam conuertit, qua antea iam Episcopi, Abbates, ac privati in chartis publicis utebantur. (k) Monogramma Ludouicorum est unum idemque. **LO-**

**Dd dd dd dd****THA-**

(\*) Vide tab. XVI. fig. 2.

(\*\*) *Defens. diplom. Lindav.* p. 363.(\*\*\*) **SCHANNATVS** haec restringit ad id tempus, quod annum 840 exceptit. Nam diplomata Ludouici, quem adhuc Bauarie praeserset, inchoantur ita: *In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei omnipotentis. HVNDIVS Metrop. Salisburg. To. II. p. 12. HIER. PEZIUS thes. anecdota. To. I. Part. III. p. 12.*(d) In *Vindiciis Archivi Fuldenis* p. 69. sqq.(e) In *genealogia familiae Augustae Carolingiae* p. 75. Tab. VI.(f) **SCHANNATVS** I. c. p. 70.(\*) Adde *Rathleicum*, I. G. **ECCARD** To. II. *Comment. rerum Franc.* p. 423.(g) In *Comment. rerum Franc.* L. XXXI. §. 251. p. 625.(h) Apud Ven. **SCHANNATVM** in *Vindiciis Archivi Fuldenis* tab. VI.(i) In Append. I. ad To. II. *Comment. rer. Francic.* p. 390.(k) **IOANNES GEORGIVS ab ECCARD** *Comment. de rebus Francicis* L. XXXI. §. 251. p. 626.

*THARIVS* Imperator fasciam regalem in sigillis adhibuit, cui desuper laurea imperialis est connexa. Non multum abludit sigillum *CAROLI CRASSI*. A fascia per cervicem dependent penicula mentoque imberbi subiacet pars chlamydias (\*) superior. Epigraphe: *KAROLVS IMPERATOR*. Ipse a. 882 Ludouico Saxonii, fratri, successit, iam antea videlicet a. 880. 25 Dec. a Iohanne VIII diadema imperatorum adsecutus. Praeterea a. 884 Carolomanno Galliarum Regi defuncto successor datus. Ludibrium fortunae quum fieret, a. 887. 11 Nou. a possessione singulorum terrarum deiectus, obiit a. 888. 12 Ianuarii. et in basilica Augiae, coenobii, sepultus est, teste *Annalista Metensis* (\*\*) ad eum annum. Monogramma eius repreäsentat eamdem figuram, ac Carolus Magnus quondam adhibuerat. Signum subscriptionis turritum passim deest, in primis quum post vocem recognoui nil amplius legitur. Signum illud haud est negligendum, siquod diplomaticis fuerit subiectum et a sinistro latere sigilli pro more adscriptum. Notauit *MABILLONIVS*, stipulam in illo signo fuisse aliquibi adpositam, pro confirmatione testamenti. (l) Ex stipula enim seu festu dictam fuisse stipulationem. Et omnino id est verum, quod signum subscriptionis turritum ad summam diplomaticis saepissime adtemperatum fuerit. Vxor *Ricardis Angla*, a Carolo Crasso adulterii insimulata a. 887, sese purgavit ferro candente tractato, (m) factoque diuortio in monasterium Andelacense, in montibus Alsatiæ ad Vogefum situm, serecepit. Archicancellarii Caroli fuerunt 1) *Liutwardus* seu *Liutoardus*, Episcopus Vercellensis ad a. 887. quo exsulare iussus ob suspicionem de adulterio cum Ricarde: 2) *Ansbertus*: (\*) 3) eique substitutus *Liuthertus* Archiepiscopus Moguntinus. Inter Cancelarios eminuit *Waldo*, Episcopus postea Frisingensis, qui Annales Fuldenses ad annum 883. continuauit,

## §. IV.

Carolo Crasso in regno Germaniae successit *ARNOLFVS*, Carolomanni spurius ex Ludouinda, a. 887. mense Septembri. Ipse a. 896. a Formoso Papa fuit in Augustum renuntiatus et inunctus ac coronatus. Obiit vero a. 899. Dies in controversiam venit. *ANNALISTA METENSIS* ad a. 899: *Circa confinia memorati anni Arnulfus Imperator migravit a saeculo 3 Kal. Decembris*. Hunc sequitur I. D. KOELERV de familia Augustia Carolingica p. 82. At anno 1671 rerectus est eius tumulus in ecclesia S. Emmerani, ac in reperta fuit plumbea lamina, cui inscriptum:

## VI IDVS DECEMBR. ARNOLF. IMP. OBIIT.

Vetus Necrologium Laurishamense definit IV Idus Decembris. (n) Ex coniuge eius *Oda* seu *Ota* Ludouicus Infans est natus. Ex concubina *Elinrata* procreati *Zwentepoldus* ac *Ratoldus*. Archicancellarii Arnolfo fuerunt 1) *Theotmarus*, Archiepiscopus Salisburgensis vna cum 2) *Aspero* Episcopo Ratisbonensi, et 3) *Bardone*. Sigillum id, quod *SCHANNATVS* in tab. VII. adfert, vultum Arnolfi dextrorufus conspicuum sistit, mentum imberbe, capillum curtum, lauream per tempora serpentem, chlamydem in humero dextero fibulatam, cum epigraphe: *ARNOLFVS REX*. Scutum ouale et hasta, a fronte erecta, imitantur sigillum Caroli Crassi. *ECCARDVS* tria Arnolfi memorat ac producit sigilla, (o) duo Wircburgensia, ac vnum Corbeiense. Ultimum est singulare. Inscriptio sic est legenda: *ARNOLFUS IMPERATOR*. Ex laurea vñiones retro dependent. Nos dedimus *Corbeiense* in tab. III. 10. ex *HEINECCIO*. (p) Fuldenstam superius refert ornatiorem. Sub Diplomate Hervordensi, a. 892 dato, conspi ciuntur sigilla duo et Arnolfi, et Ludouici filii, indubie, vt constaret de confirmatione filii.

## §. V.

(\*) *SCHANNATVS* l. c. tab. VI. *FVRSTENBERGIVS* Monument. Paderborn. p. 208. *HEINECCIVS* l. c. tab. IV. n. 16.

(\*\*) *ANNALES FULDENSES* habent Idus Ianuarii. Consentit Vetus Chronicon Laurishamense. REGINO tradit, pridie Idus Ianuarii eum decepisse; *CHRONICON VIRGVNENSE* autem pridie Non. Octobr.

(l) De re diplomatica L. V. p. 448.

(m) Ritum habes e veteribus enarratum apud *IOANNEM GEORGIVM* ab *ECCARD* in Append. VI. ad Comment. rer. Francic. p. 923. sqq.

(\*) Hic est auctor Annalium Fuldenium, a Frehero editorum, ab anno 888. ad annum 891.

(n) *SCHANNATVS* l. c. p. 80.

(o) In Commentar. rer. Francicar. L. XXVIII. §. 75. p. 726.

(p) Tab. IV. n. 16, Syntagm. de Sigillis veterum.

LUDOVICVS  
succedit. Obiit a  
in choro. Promil  
latus Archiepisco  
et Hugo Fulden  
Ex Archivo  
epigraphe: *HLVI*  
anno descendit  
cum ostentat. S  
lum in vertice,  
contractiori obdu  
tus splendens, &  
Successit LV  
tus, qui ex vxore  
nem, Conradi Ro  
a. 918. 23 Decen  
leguntur: Anno  
NVS SCOTVS (b)  
et in Fulda monasterio  
in anno, siquiden  
net, consentit.  
DERICVS SCHAC  
auctor est, in Ann  
nouimus ex Regis  
Videtur enim legi  
vt perhibeamus,  
Præter Archican  
innotuit. Anno  
Tria Conradi I  
Wircburgensi;  
KOELERO (p)  
clypeo, cuius u  
berbe, corona e  
Inscriptio: Chon  
In secundo  
quod mutilum, a  
traditione Fulden  
hoc cum primo,  
rum apices quatuor  
pinnis turritum a  
cum cernitur.  
CONRADUS  
eunte, ac simul dia  
lli, et lepultus in r  
  
(i) Sic ALERICVS ad  
(\*) De eo videatur IO.  
(\*\*) Id nominis ei C  
NATI.  
(\*\*\*) Loco laudato,  
(k) Lib. III. aet. 6. p. 4  
(l) L. II. Antiqu. Fulda  
(m) In Vindicta Arch  
fiae Franconiae T  
(\*\*\*\*) SCHANNATVS  
(n) In Comment. rer. Fr  
(o) In Syntagmate de S  
(p) In fronte Diffr. gen  
(q) WITICHINDVS An  
p. 77. To. I. Libra

## S. V.

*LUDOVICVS IV Infans*, a. 893. ex Arnolfo et Oda natus, septennis a. 900. patri successit. Obiit a. 911. 20 (i) Iunii, ac sepultus est Ratisbonae apud S. Emmeranum in choro. Promiscue complures muniis Archicancellarii fuerunt functi, nimis Ratabodus Archiepiscopus Trevirensis, Theotmarus Salisburgenis, Hatto (\*) Moguntinus, et Huoggi Fulensis Abbas, qui vocatur summus Notariorum regii palatii. *SCHANNATVS* ex Archivo Fuldensi in *Vindiciis eiusdem tab. VII.* sigillum Ludouici exhibet. Epigraphe: *HLVDOVVICVS REX*. Protome refert chlamydem ad confinia vmbilici sinuose descendantem, in humero dextro fibulatam. Dextra sariissam seu hastam erectam ostentat. Sinistra latet sub scuto ouali, in oris praeferrato, ostendente umbilicum in vertice, seu vmbonem. Vultus est paene puerilis ac imberbis: caput mitra contractiori obductum, cuius in vertice corona est obvia, radiis octo in conum coeuntibus splendens, quibus impositi sunt vñiones.

Successit *LUDOVICO CONRADVS*, patre Conrado, matre *Gismouda* (\*\*) natus, qui ex vxore *Chunegunda*, ducta a. 913, liberos, certe filios, videntur nullos. Ottudem, Conradi Regis fratrem, (\*\*\*) plerique scriptores omittunt. Obiit *Conradus Rex* a. 918. 23 Decembris. Annum et diem determinat *Necrologium Fuldense*, in quo haec leguntur: *Anno Domini DCCCCXVIII. X. Kalend. Ianuarii † Cuonrat Rex. MARIA-NVS SCOTVS* (k) ad annum 918: *Conradus Rex obiit X Calendas Ianuarii; sepultusque est in Fulta monasterio iuxta altare sanctae Crucis. CONTINVATOR REGINONIS* fallitur in anno, siquidem eum definit sequentem. Quantum vero ad sepulturae locum adiinet, consentit. Sequuntur eum *Christophorus BOWERVS* (l) et *Ven. IOANNES FRIDERICVS SCHANNATVS*. (m) *Witikindus*, Conradum sepultum esse *Wilinburgae*, auctor est, in *Annalium libro primo* p. 636. Patrem in castro *Wilinburg* tumulatum esse, nouimus ex *Reginone L. II.* ad a. 905. p. 73. *DITMARVS* habet *Limburgum L. I.* p. 325. Videtur enim leguisse *Limburg pro Wilinburg*. Fortassis sententia diuiditur commode, vt perhibeamus, intestina Fuldae fuisse sepulta, corpus ipsum Limburgi ad Lanam. Praeter Archicancellarium *Piligrimum*, Archiepiscopum Salisburensem, nullus adhuc innotuit. Anno 912 *Notarius* fuit *Odalfridus*, et paullo post *Cancellarius Salomo*. (\*\*\*\*) Tria Conradi I sigilla *ECCARDVS* aeri incisa representant: (n) priora duo ex Archivo Wirciburgensi; et tertium ex Corbeiensi, iam ab *HEINECCIO* (o) adlatum, et a *KOELERO* (p) repetitum. In primo dextra tenet vexillum volans; sinistra latet sub clypeo, cuius umbo in apicem extrinsecus procurrit. Crines sunt curti, mentum imberbe, corona est orbicularis et instructa radiis quatuor conicis, quibus vñiones insident. Inscriptio: *Chonradus Rex*.

In secundo caput occurrit nudum, cum epigraphe: *Chonradus Rex*. In tertio, quod mutilum, aequo caput est nudum. Quartum addi potest ex *Ven. SCHANNATI traditione Fuldensi* 551. p. 227 ac tabula VIII. *Vindiciarum Archivi Fuldensis*. Conuenit hoc cum primo, excepta epigraphe: *Chonradus Rex*, et corona, quae loco radiorum apices quatuor ostendit, in quos virgæ liligerae desinere solent. Signum subscriptionis turritum ac desuper conuexum vbiique hac aetate regiis diplomatibus subiectum cernitur.

*CONRADO I* successit *HENRICVS I*, anno 919 Fritislariae electus, eoque inente, ac simul diademate regali ornatus. (†) Defunctus vero idem est anno 936. 2 Iulii, et sepultus in monasterio *Quedlinburgensi*. Archicancellarios habuit duos, eos

Dd dd dd dd que

(i) Sic *ALBERICVS* ad a. 912. At *NECROLOGIVM Laurishamense* determinat XIII. Kal. Februarii.

(\*) De eo videatur *IOANNES LATOMVS* in *Catalogo Archiepiscoporum Moguntinorum* To. III. p. 465. sqq.

(\*\*) Id nominis ei *Couradus Rex* tribuit in *Diplomate* a. 912. dato *Trad. Fuld.* 552. p. 227. *SCHANNATI*.

(\*\*\*) Loco laudato.

(k) Lib. III. aet. 6. p. 446.

(l) L. II. *Antiqq. Fuldensi* c. 7. p. 128. et in *Annalibus Trevir.* To. I. L. IX. n. 65. p. 447.

(m) In *Vindiciis Archivi Fuldensis* p. 85. Quocum facit I. D. *KOELERVS* in *genealogia familiae Augusta Franconiae* Tab. I. et p. 4.

(\*\*\*\*) *SCHANNATVS* in *Vindiciis Archivi Fuldensi* p. 226. sqq.

(n) In *Comment. rer. Francic.* L. XXXIII. §. 69. p. 862.

(o) In *Syntagma de Sigillis*.

(p) In fronte *Dissert. genealogiae de Familia Augusta Franconica*.

(†) *WITICHINDVS* *Annal.* L. I. p. 637. *DITMARVS* *Annal.* L. I. p. 325. *ANNALES Hildesh.* ad a. 919. p. 717. To. I. Leibn., *CHRONICON Lobiense* p. 87. apud Schannatum l. c.

que Archiepiscopos Moguntinos, *Herigerum et Hildebertum*. (\*) Sigillum Henrici Corbeiense prostraxit *HEINECCIVS*, (q) id quod repetiuimus (r) post *Nicolaum Hieronymum GVNDLINGIVM*. (s) Sistitur in eo Henricus, dextra minimum tenens vexillum, sinistra vmbonem; caput est nudum, crispis curisque crinibus obsitum, cum epigraphe: *HEINRICVS REX. SCHANNATVS* in calce *Traditionis Fuldensis* 562. p. 232. aliud adfert, et in tabula VIII. *Vindiciarum Archivi Fuldenis* rursus profert sigillum Henrici aliud, nec dubito, quin illud posterius a *IOANNE DAVIDE KOELE-RO* repetitum sit in prima pagina *Stemmatographiae Augustae Saxonicae*. Caput enim in hoc aequa cingitur fascia orbiculari seu diademate: collum est nudatum: nasus aquilinus: mentum imberbe: chlamys ad receptum morem accommodata ac in dextro humero adstricta per nodum. Epigraphe: † *HENRIC REX*. Diploma datum est a. 920. Sigillum vero illud, quod diplomati, a. 922. dato, et in *Trad. Fuld.* loco indicato, est adiunctum, paululum a nostro abludit. Nam in illo caput redimitum est diadema, quod quatuor radiis et arcuatione, eos distinguente, est circumdata. Crines tripi. Scuti superior pars et ea quidem dimidia spectatur, ut nequidem vmba adprebeat. Epigraphe et vexillum ab hasta suspensum conueniunt utrobique. Vexilla gerebant ductores. Praecipuus 15 erat honos. Quare nobiles domini huic officio admoti, qui inde bannereti et bannerib[us] vocabantur. Bannereti dicebantur a band[us] leu[us] fahn. Vela enim volitantia, quae vexillum dicebantur, hastis adligabantur. Quod quidem ex sigillo huius Henrici, quod adtuli, et Ottonis primi, in Tab. III. fig. XI. satis intelligitur. Rex Germanorum repraesentatur instructus vexillo et clypeo, ut intelligas, eum militiae Ducem fuisse vniuersalem. Postea vicem Regis hac in parte suppleuit Ducum Germaniae primus. *GOTEFRIDVS V TERBIENSIS* de Lothario Saxone: (t)

*Regnat Lotharius; Conradus amicus habetur  
Summus, et Imperii signifer ipse fuit.  
Fit prior in Ducibus, semper primus que sedebat.*

## §.VI.

Festinamus ad sigilla trium Ottonum, Regum ac Imperatorum. OTTO primus seu *Magnus*, Henrici Aucupis filius, in Regem Germaniae a. 936. mense Julio Aquisgrani renuntiatus: a. 961. Rex Italiae Mediolani declaratus: anno 962 a Iohanne XIII Romae Imperiale coronam cum Adelheida vxore fulcepit. Fato concessit a. 973. 7 Maii Miminlevae, sepultus Magdeburgi in aede S. Mauriti. Epoche regni eius deducenda est ab anno 936; imperii vero ab anno 962. Archicancellarii fuerunt: 1) *Hiltibertus*, Archiepiscopus Moguntinus, (\*\*) 2) *Fridericus Heriberti* (\*\*\*) successor, 3) *Bruno*, Caesaris frater, 4) *Ruodbertus Treuirensis*, 5) *Heroldus Salisburgensis*, Archiepiscopi omnes: 6) *Wilhelmus*, (†) filius Ottonis nothus, Archiepiscopus Moguntinus, Cancellario vsus Liutulfo. Adde, quod 7) anno 968, Archicapellano nondum designato, *Rudbertus* fuerit Cancellarius: 8) *Wilhelmo* mox successit *HATZO II*, (††) vls Cancellario Ludio. Hac ratione per consuetudinem, legis vicem sensim sustinentem, Archiepiscopatui Moguntino Archicancellariatus fuit adnexus. In Italia Imperator adhibuit Archicancellarios Petrum, *Guidonem* Episcopum Mutinensem, ac *Hugbertum* Parmensem. Exhibemus duo Ottonis I sigilla Gandershemensia eaque Regalia in tab. III. fig. 9. Prius est mancum, de cetero singulare ob corporis situm, sistens chlamydem sinuosam dextramque lorica indutam. Epigraphe videtur haec ibi extitisse: OTTO REX. Posterior repraesentat Ottонem imberbem, curto capillo, diademate variegato cinctum. Chlamys et lorica, dextrae imposita, conueniunt cum habitu prioris sigilli.

Collum

(\*) De viroque *LATOMVS* l. c. p. 469. sqq.

(q) Tab. IV. n. 19.

(r) Tab. III. fig. 6.

(s) In fronte libri singularis de Henrico Aucepe.

(t) Parte XVII Chronic p. 510. *GWILIELMVS TYRIVS* p. 767. inter Scriptores geflorum. Dei per Francos primicerium vocat exercituum, qui gesit vexillum imperiale.(\*\*) Successit Herigero a. 927. ac obiit a. 935. 14. Mart. *LATOMVS* in Catal. Archep. Moguntin. p. 470. sqq.(\*\*\*) Hic erat Ottonis I affinis, nam Giselbertus, Dux Lotharingiae, frater Friderici, nuptam suscep- rat Gerbirgam, Ottonis I sororem. Praefedit ab anno 935. ad a. 954. 8 Kal. Nou. *LATOMVS* l. c. p. 471. sqq.(†) Electus 954. 9 Kal. obiit a. 968. *LATOMVS* p. 474. sq.†† *TRITHEMIVS* in Chronico Hirsaug. p. 110. *LATOMVS* p. 475. sqq.

Collum est nudum  
li saepe vexillite  
patorem transfix  
apice vmbonis c  
multum ab hoc  
adhuc Vindicia  
tum tamen apice  
tabule donation  
exhibit loco cor  
di illud I. G. ab I  
citur inde corona  
te cum Regibus  
mani, qui Conſt  
compacta, et ge  
CODINVS: (z)  
et magaritis, po  
erat, trianphalis  
tab. V. n. 1. 2. 3.  
Gandershemensi  
demati, quod co  
que exhibeatur.  
tori, nec non effi  
peratorium adiuni  
ce connectitur fen  
toni Witichindus  
la, Epigraphe:  
OTTO II, O  
parente, anno 96  
perii declaratus,  
quenti 967. 25 D  
laetitia publice g  
tigisse. Obiit C  
chicancellarii O  
(†) Williso leu  
cellarii Hildebo  
chicancellarii Ita  
larios suos lohan  
promiscue Imperi  
Ottonum Monog  
ratores hoc signu  
erae impresso, it  
vero protomen cu  
(c) secundum Ganc  
quod HEINECCIV  
baculum seu lcepitu  
bun imperiale cru  
Romam esse dominat  
erat et imperator

(u) WILHELMVS Tyr  
(s) In Erklärungen  
(v) A PETRO DIACON  
(w) De Off. c. 6. n. 23.  
(x) AVLVS GELLIVS  
(†) Anno 970. sic es  
(††) Successit Ruperto a  
(y) Hinc vocat le Epifop  
(z) Apud SCHANNATVS  
(i) Convenit ferre sigillu

Collum est nudum. Dextra vexillum praefert, adfixum habet supra acutissimae, quali saepe vexilliter aliquem transfodit. Dux certe Bullionensis eo Rudolfum regni usurpatorem transfixit. (u) Sinistra ostentat scutum, idque ex partibus eminentibus ac apice vmbonis conico compositum. Epigraphe: † OTTO DI GRA REX:— Non multum ab hoc sigillo discrepat Fuldense, quod Ven. Abbas SCHANNATVS tab. IX. ad finem Vindiciarum Archivi Fuldensis profert. Mentum heic nudum peraeque. Scutum tamen apice caret. Inscriptio et diadema conueniunt. Sigillum Ottonis I. a. 959. tabulae donationis coenobio S. Michaëlis Luneburgico datae, Quedlinburgi adfixum, exhibet loco coronae circulum aureum, capiti circumdatum, citra ornamenta alia. Edidit illud I. G. ab ECKHART. (x) Corona patriciatus Romani fuit circulus similis. Dicitur inde corona circuli patricialis. (y) Credibile est, Reges Germaniae ex communione fonte cum Regibus Italiae ac Franciae hunc morem adhibuisse. Nam Imperatores Romanii, qui Constantinopoli sedebant, corona vtebantur, ad modum fasciae seu vittae compacta, et gemmis undique referta. Numismata id ipsum passim loquuntur. CODINVS: (z) Stemma olim appellatum diadema: id autem erat lata vitta, ex unionibus et margaritis, posita quidem in Imperatoris fronte, sed circa cerebrum retro ligata. Si ex auro erat, trionphalis solebat dici. (a) Ottonis primi sigilla tria regia protulit HEINECIVS tab. V. n. 1. 2. 3. In primo caput caret diademate. Cetera conueniunt cum posteriori Gandershemensi. In secundo id existit peculiare, quod corona regalis congruat diademati, quod conspicitur in sigillo quarto Conradi primi, et corpus ipsum ad genua usque exhibetur. In tertio representatur caput, recto totoque vultu obuerum spectatori, nec non effigies pectoris dextraeque decurtata. HEINECIVS idem vnum Imperiorum adiunxit, in quo vultus totus offertur spectanti. Corona desuper in vertice connectitur semicirculis duobus. Barba est prolixior, et talis quidem, qualem Ottoni Witichindus tribuit. Dextra gestat sceptrum iligerum; sinistra ad pectus adpresfa. Epigraphe: † OTTO IMPERATOR AVGVS I VS.

OTTO II, Ottonis primi filius, in Regem est electus anno 961. 26 Maii: et, viu parente, anno 966 ad 22 Decembris seu IV aduentus Dominicam Romae, confors Imperii declaratus, a lohanne XIII coronam Imperiale suscepit, quam ineunte anno sequenti 967. 25 Decembris, qui exordium anno nouo praebebat, in summa festae diei laetitia publice gestauit. Ex eo plerisque visum, coronationem in natalibus Iesu contigisse. Obiit Otto a. 983. 7 Idus Decembris, sepultus Romae in aede S. Petri. Archicancellarii Ottonis II fuerunt in Germania 1) Ruodbertus, usque ad annum 975, usus (†) Williso seu Willigiso, Capellano Regis, Cancellario: 2) Willigis, (††) usus Cancellarii Hildeboldo Episcopo Wormatiensi. (b) Folcmaro, Folginato et Egberto. Archicancellarii Italici fuerunt Aubertus seu Hubertus, ac Petrus, qui nonnunquam Cancelarios suos lohannem et Adalbertum iussserunt Caesarem in Germaniam comitari. Hi promiscue Imperialia Ottonis decreta ab a. 976. usque ad obitum eius recognoverunt. Ottonum Monogrammata addidimus suprà diplomatis ipsiis. Reges enim ac Imperatores hoc signum ipsi subnotabant: ac praeterea annulum suum sigillo medio, iam cerae impresso, imprimebant, adeo ut sigillum exhiberet tantum epigraphen; annulus vero protomen cum armis adiectis. Tria Ottonis II. reperi sigilla: primum Fuldense; (c) secundum Gandershemense ad a. 980, quod adtuli (d) in tab. III. fig. 12. Et tertium, quod HEINECIVS exhibit in tab. V. fig. 6. Barba ubique eminet prolixior: dextra baculum seu sceptrum teres, cui impositus est globulus, praefert; sinistra ostentat globum imperiale crucigerum, signum orbis terrarum. Inualuit enim iam tum opinio, Romam esse dominam orbis terrarum et in terris praesidem regni Christi, cuius caput existat et Imperator et Pontifex Maximus, divisione in Episcopatum externum et in-

Dd dd dd dd 3

ter-

(u) WILHELMVS Tyrius I. c.

(x) In Erklärung eines Kleinodien-käffleins §. 4. p. 5.

(y) A PETRO DIAONO Chron. Casinensis, L. IV. c. 119, p. 564.

(z) De Off. c. 6. n. 33.

(a) AVLVS GELLIVSL V. c. 6.

(†) Anno 970. sic esfi: Hattoni, praefuit summae rerum usque ad a. 976. LATOMVS p. 477.

(††) Successit Ruperto a. 976. obiitque a. 1011. LATOMVS p. 478. fq.

(b) Hinc vocat le Episopum et Cancellarium ad annum 982. in TRAD. FVLDS. 592, p. 243.

(c) Apud SCHANNATVM in Vindiciarum Archivi Fuldensis, tab. IX. ad a. 975.

(d) Convenit sive sigillum apud SCHANNATVM Trad. Fulds. ad a. 982, p. 243.

ternum facta. Epigraphe: † OTTO IMP AVG. Sceptrum aequa ac crux, globo insistens, in singulis paullulum discrepat. Bullam Ottonis unam et alteram possideo, nondum publicatam.

OTTO III, Ottonis II ex Theophania filius, Rex Germaniae declaratus est Aquisgrani a. 983. 25 Dec. ac diademate regali ornatus: dignitatem Imperatoriam obtinuit Romae anno 996. 21 Maii. Obiit tandem a. 1002. 24. Ian. Paternae, quod est Romaniae (e) castellum, ex veneno, quum vigesimum ac secundum aetatis annum adiugisset. Intestina ejus sepulta sunt Augustae Vindelicorum in Oratorio S. Ulrici; corpus vero Aquis ipso Paschali die. Archicancellarii fuerunt 1) Willigis, ad annum usque 998, vsus Cancellariis Hildeboldo, Episcopo Wormatiensi, et Bernwardo, Hildesheimensi: 2) Heribertus ab anno 998: 3) Heribertus, Archiepiscopus Colonensis. Archicancellarius Italicus fuit Petrus, Episcopus Cumanus, vsus Heriberto et Henrico Notariis. (f) Sigillum Ottonis III Gandershemense habes ad annum 994, tab. III. fig. 13. quocum fere illud conuenit, quod SCHANNATVS in Vindiciis Archivi Fuldenis tab. X. exhibet. Apex sceptri ac radiorum corona in sigillo Gandershemensi similis est rosae, in qua aequaliter prominent quatuor circum calycom folia. In Fuldeni vides in eius locum substitutos vñiones. Epigraphe vtrobiique eadem: OTTO D R ATIA REX. Littera T in nostro et aliis sigillis pingitur hac figura □ et L. HEINECCIVS duo eius sigilla profert Tab. V. n. 7. 8. Prius Nienburgense, a KNAUTHIO (g) datum, ad annum 996 pertinet, et videtur potius esse patris, quam filii. Posterius representat chlamydem, pro more fibulatam, in humero dextero, brachium loricatum ac pectus, faciem iuuenilem ac fere imberbem. Baculi loco dextra tenet sceptrum in liliū desinens; sinistra globum, nulla cruce instructum. (h) Ex hoc exemplo patet, filios nonnunquam patrum eiusdem nominis vsos esse sigillis. Quod ipsum monuimus circa alterum diploma Ludouici Saxonis. Subinde hoc factum esse, et multis sibi exemplis compertum, pronuntiat HEINECCIUS. Nec abhorret ab hac sententia ECCARDVS. (i) Bullam Ottonis III plumbeam adtuli ex Archivo Hildesheimensis ecclesiae cathedralis in tab. XVI. n. 3. In antica habes protomen caputque diademate, radiis refertissimo, instructum. Addita epigraphe: AVREA ROMA. Designatur praefantissima Roma, orbis terrarum Domina, gloria et apex Romani imperii. In postica adparet inscriptio: Odo Imperator Romanorum. Bullam plumbeam maiorem ex Archivo Wircburgensi protraxit Ioannes Georgius ECCARDVS, (k) et quidem ad annum 1000. Monogramma adiectum dedi supra p. 603. In antica est Ottonis propeta, ad latus prospicientis. Caput per modum diadematis lauro per tempora est redimitum, ac taeniae ad ceruices dependent. Reliquum capitidis, ad verticem coeuntis, mitra adparet contectum, cuius ora exterior vñionibus ac quatuor, per interualla quatuor aequalia, liliatis cuspidibus effulget. Epigraphe: OTTO IMPERATOR AVGSTVS. In postica idem Otto, a fronte ad umbilicum usque expressus, conspicitur, dextra lanceam humero impositam sustinens, cui vexillum conuolutum desuper adhaeret: sinistra scutum, instar bufonitae lapidis inde ab umbone striis ornatum, tanquam ex punto decurrentibus. Tempora, diademate seu fascia regali vincta, ostendunt duos laqueolos, in fronte paullulum prominentes. reliquum caput galea est cinctum, cuius exterior limbus, unionibus ornatissimus, in peniculamentum desinit, extremis cincinnis vtrimeque conuolutis ac in apicem a tergo confluentibus.

## §. VII.

Otoni III successit in regno ac imperio HENRICUSII, Dux Bauariae, quem elegerunt in Regem et coronarunt Franci et Mosellani Moguntiae a. 1002. 6 Iun. Saxones Merseburgi 25 Jul. Lotharienses Aquisgrani 8 Sept. Suevi 1. Oct. et Itali Papiae a. 1004. 12 Maii. Imperiale diadema summis Romae a. 1014. 27 Febr. vna cum coniuge Cunigunda. (l) Variae inde oriuntur Epochae, ad quas in diplomatibus diiudicandis omnino

est

- (c) VITA S. Meinwerci c. 10. p. 521. To. I. Leibn. ADELBOLDVS in Vita Henrici sancti L. I. p. 431. SIM. FRID. HAHN in Reichs-Historie P. II. c. 5. §. 7. p. 149. sqq. (e)
- (f) VGHELLVS Ital. sacr. To. I. p. 414. 443. To. IV. p. 773.
- (g) De Pagis Anhaltinis p. 37. n. 61.
- (h) HEINECCIVS de Sigillis Veterum P. I. c. 9. §. 24. p. 92.
- (i) Comment. rerum Francic. To. II. Append. I. n. 15. p. 890.
- (k) In Animaduersionibus historicis et criticis ad Schannati Dioecesin et Hierarchiam Fuldensem.
- (l) Genealogiam Cunegundae texuit I. D. KOELERVS in Disp. de Familia Augusta Lucemburgensi tab. I. p. 6. sqq.

est respiciendum  
dorum salutatus  
Sepultus est Bam-  
tus. Cunigunda  
Non. Martii: t  
chancellori per  
luis Egilberto,  
DVS, \*) vsus Ca-  
Cancellarios Gun-  
du seu Euerhardus  
us vero fuit Erb-  
du exhibui ex g  
alterum imperato-  
in Zak. XVI. n. 4  
repraesentatur,  
Vide tab. IV. fig.  
imposito vñione  
id definit in liliū  
la superimminet.  
graph: HEINRICH  
dia, quibus subsell  
egregie comment  
mydem, quam h  
fibulac interuent  
rosa inerat; mate  
chlamydibus otantur  
viros et summates  
in tabula X, Vindi  
quatuor radiis lati-  
pius Heinrichus )  
Gandershemensi  
densi. Barba e  
circulis suprave  
millium huic e  
11. Extant Ga  
Hinc dilucet, an  
fuisse adhibitos,  
qui putant, Rege  
gero. Errori an-  
moratur, Benedic  
pem, circumdatu  
jera. Indicatur du  
fiendi Imperatorem  
tu inaugurandi Imp  
pallium auream, quasi  
Epj. p. 679. inuesti  
seruit GOTHFRED  
haec luc faciunt:

- (m) MPRATORIVS in
- (n) AVCTOR Vitae Me-
- (o) I. D. KOELERVS in
- (p) NECROLOGIVM in
- (\* ) Praefuit rei sacra al-
- (\*\*) LATOMVS, cum o-
- (q) Vide Sigillum apud
- (r) De Tribus statu: Ca-
- (s) FABRETVS Inscript.
- (t) L. I. c. 5. inter PITHO
- (u) P. XIX. Panth. p. 365

est respiciendum. Accedit, quod Henricus II. a. 1014. 12 Maji Papiae Rex Longobardorum salutatus (m) fuerit. Obiit tandem a. 1024. 13 Iulii Gronae (n) ad Gottingam. Sepultus est Bambergae in aede S. Petri et Pauli: Anno 1152. in sanctos coelites relatus. Cunigunda nequaquam virgo permanxit perpetua. (o) Ipsa excessit (p) a. 1039. § Non. Martii: tumulata Bambergae: inter Diuas relata anno 1201. Henrici II Archicancellarii per Germaniam fuerunt 1) Willigis ad annum usque 1008, vsus Cancellariis Egilberto, posthaec Episcopo Bambergensi, ac Guntherio: 2) ERCKANBALDVS, \*) vsus Cancellariis Guntherio, Cancratio et Withario: 3) ARIBO, \*\*) qui adhibuit Cancellarios Guntherium et Vdalricum. Per Italiam Archicancellarius exstitit Eberhardus seu Euerhardus, Episcopus Bambergensis, Cancellario usus Henrico; Archicapellanus vero fuit Erhardus, Episcopus Bregiensis, Cancellario usus Theodorico. Sigilla duo exhibui ex grammatophylacio Gandershemensi, unum regium, in tab. IV. fig. 14; alterum imperatorum, fig. 15. Aliud regium ex Archiuo Hildeshemensi obuium est in Tab. XVI. n. 4. In hisce aliisque Henrici II sigillis nouus adparet ritus. Ipse enim repraesentatur, throno insidens, puluino subiecto. Regium slistit Regem barbatum. Vide tab. IV. fig. 14. Corona radiis octo conspicua, quorum alterni sunt celsiores ac imposito vnione ornati. Dextra sceptrum tenet, cruce Stephanica insignitum. Alibi id desinit in lily tricuspidatum. (q) Sinistra globum gestat adleuatum, cui crux nulla superimminet. Collum adparet nudum. Chlamys ad vmbilicum dependet. Epigraphe: HEINRICHVS DI GRATIA REX. t. Amiculum desfluit ad ossa pedum media, quibus subfelliū seu tabula subiacet. De coronis, sensim ad pompam progressis, egregie commentatus est Iohannes Baptista Braschi. (r) Romani et Occidentales chlamydem, quam Reges adhibebant ex purpura, super dextro humero connectebant fibulae interuentu; Orientales et Graeci super sinistro. (s) Fibulis plerumque figura rosae inerat; materia vero aurum. Ius iustinianum Cod. L. II. leg. 1. ita: Fibulis in chlamydbus utantur iis, quae solo auro et argento pretiosae sunt. Priuilegium hoc ad magnos viros et summates spectabat. In sigillo Imperatorio, quale SCHANNATUS quoque in tabula X, Vindiciis Archivi Fuldenis subnexa, repraesentauit, corona est altior et quatuor radiis latioribus ornata, sceptrum liligerum. Epigraphe: †HENRICHVS (sac-  
pius Heinrichus) DI GRA ROMANORV IMP AVGO. Differt Imperatorium Gandersheimense aliquantulum a Fuldeni. Nam globo Imperiali crux insit in Fuldeni. Barba et prolixior est mystax super naribus prominet. Corona quatuor semi-circulis supra verticem clauditur. vertici superimminet apex lili sepe explicantis. Si-millimum huic est sigillum Corbeiense et Treuirensis, apud HEINECCIUM tab. V. n. 15. Extant Gandersheimi plura Ottonum ac Henrici huius sigilla, plerumque diuersa. Hinc dilucet, annulos multos fuisse Regibus ac Imperatoribus nostris eosque promiscue fuisse adhibitos. Variant quoque passim ductus et signa epigrapharum. Falluntur, qui putant, Reges ac Imperatores ante Henricum II non usos esse globo imperiali crucigeri. Errori ansam suppeditauit locus Glabri Rodulphi, (t) in quo id tantum commoratur, Benedictum VIII Pontificem Romanum anno 1013 Henrico obtulisse aureum pomum, circumdata per quadrantes pretiosissimis quibusque gemmis ac desuper aurea cruce inserita. Indicatur duntaxat, Papam tum usum esse novo symbolo inaugandi seu inuestiendi Imperatorem. Antea enim corona sufficit inaugurationi. Additus nunc est ritus inaugandi Imperatorem simul per globum aureum crucigerum, quem vocabant pallam auream, quasi ex Ball, pila. Innocentius III in epistola ad Henricum VI. Vol. I. Epist. p. 679. inuestituram describit, factam per coronam et pallam auream. Ritum edisseruit GOTHOFREDVS VITERBIENSIS (u) in historia Friderici primi. Eius verba haec luci faciunt:

## Aureus

(m) MVRATORIVS in Anecd. To. II. p. 204.

(n) AVCTOR Vitae Meinwerci c. 89. To. I. Leibn. p. 556. NECROLOGIVM FULDENSE Schannati p. 472.

(o) I. D. KOELERV in Stemmatographia Augusta Saxonica p. 44. sqq.

(p) NECROLOGIVM coenobii S. Michaelis Bambergae in SCHANNATI Vindem. list. Coll. II. p. 47.

\*) Praefuit rei sacrae ab. a. 1011. ad annum 1020. LATOMVS p. 481.

\*\*) LATOMVS, eum obiisse a. 1031. tradidit, p. 482.

(q) Vide Sigillum apud SCHANNATVM Trad. Fulda. 599. p. 242.

(r) De Tribus statuis Capitolini in Romano Capitolio a. 1720. erectis, Romae 1724.4. c. III. §. 103. p. 19. sqq.

(s) FABRETUS Inscript. antiqu. c. 5. n. 293. fol. 400.

(t) L. I. c. 5. inter PITHOES scriptores rerum Francicarum.

(u) P. XIX. Panth. p. 365. sqq. To. II. Pistorii, ed. Struvii a. 1726. fol.

*Aureus ille globus POMUM vel PALLA vocatur,  
Vnde figuratum mundum gestare putatur,  
Quando coronatur, palla ferenda datur.*

## §. VIII.

HENRICO II successit CONRADVS II, a terra Salica, ad Salam, qui Moenum inquit, sita, dictus. Ipse, ex Henrico seu Hezilone et Adelberta natus, Moguntiae diadema suscepit regium a. 1024. 8. Sept. Romae autem Imperiale a. 1027. (a) 26 Mart. Obiit Traiecti Frisiae a. 1039. 4 Iun. sepultus Spirae. Vxori fuerat iunctus Gisela, filiae Hermanni II. Ducis Alemanniae, quae olim nupserat Brunoni Comiti Brunsuicensi et postea Ernesto Duci Alemanniae. Ipsa a Conrado fuit ducta a. 1016. coronata Moguntiae a. 1024. 1 Oct. et Romae a. 1027. 26 Mart. defuncta a. 1043. 14 Febr. Reginae Archicapellanus fuit Wilhelmus, qui anno 1029 Wernhero, Episcopo Argentiniensi, successit. (b) Archicancellariatum gessit 1) ARIBO, Archiepiscopus Moguntinus, promiscue Cancellariis Odalrico et Burchardo vsus: 2) defunctoque Aribone ad annum 1031, BARDO, \*) cuius Cancellarii deprehenduntur Burchardus, Hugo, et Bruno. Archicancellariatum per Italiam nunc administrabant Archiepiscopi Colonenses, Piligrimus et Hermannus. Sigilla Cunradi sunt seu regia seu imperatoria. Regium adtulit Ven. SCHANNATVS in Vindiciis Archivi Fuldenis tab. adiecta XI. ac in Trad. Fuld. p. 245. Rex more Henrici II insidet throno, dextra tenens baculum, sinistra adlevans sceptrum ligerum satis breve. Epigraphe est huiusmodi: † CHVNRADVS DI GRATIA REX. Vtrime de capite cinni capillorum dependent, recta desfluentes. In aliis sigillis ipsius video ternos vniiones, singulis cinnis insertos. Nos adtulimus Zylfianum in tab. IV. fig. 16, quod diplomati ad annum 1026 dato fuit subiectum. Adtulit illud etiam HEINECCIVS in tabula VI. n. 1. Vnum Imperatorium, nec id integrum, debemus TANZELIO, (c) in quo conspicitur Imperator in solio sedens: altera manu tenens lillum seu rosam; altera ostentat prehensum baculum regale. Supersunt vestigia huius epigraphes: CVONRADUS di gra IMPERATOR. Dedit hoc HEINECCIVS tab. VI. n. 2. Baculus aureus erat quondam insigne Regum Carolingiorum gestamen, cum que WITICHINDVS (d) adnumerat insignibus Imperatorum, quae Romae adhiberi atque recondi solebant. Baculus eiusmodi ex malo arbore defumi consueuerat. (e)

## §. IX.

Conradum II Salicum exceptit filius, ex Gisela natus, HENRICVS, III inter Reges, secundus inter Imperatores eius nominis. Iussu patris a. 1028. in festo Paschali in Regem coronatus est Aquisgrani; diadema Imperatorium Romae a Clemente II in ipso Christi die natalitio a. 1046 suscepit. Obiit ipse a. 1056. 3. Non. Octobris Bothfeldae, ac sepulturam ad 5 Nou. Spirae obtinuit. Archicancellarii per Germaniam fuere Archiepiscopi Moguntini, et quidem Bardo vsque ad annum 1052 et postea Liutpolus. \*\*) Cancellarii fuerunt complures. Enumerabo eos, quorum memoria in subsignaturebus diplomatum fuit conseruata. Hosce inter referendi sunt Theodoricus, Praepofitus Wormatiæ ad S. Andream, et anno 1047 Episcopus Constantiensis: Eberhardus: Adelgerus, Episcopus Wormatiensis: Hartnicius, qui anno 1048 Episcopatu Bambergensi praefecit, et Wintherius. Archicancellariatum Italicum administravit Hermannus, Archiepiscopus Coloniensis. Fit quoque mentio Guidonis, Archiepiscopi Mediolanensis, ad annum 1040. Hermannus Contractus ad a. 1047. p. 328: Imperator praefites non nullos constituit, inter quos Ravennati ecclesiae Hunfridum, Cancellarium suum in Italia, Constantiensi Theodoricum per alias prouincias Cancellarium suum et Archicapellatum et Aquisgrani praepositum, Pontifices fecit. Sigillum huius HENRICI III Gandershemense vides expressum in tabula IV fig. 17. Ipse se vocat inibi tertium Regem, initio facto ab Henrico Augupe. Sigilla regia quatuor protulit HEINECCIVS in tab. VI. n. 3. 4. 5. 6. quorum secundum

(a) AVCTOR vitae S. Meinwerci c. 93. p. 557. To. I. Leibn. ANNALES Hildesh. ad a. 1027. Sed VETVS CHRONICON apud Muratorium Anecd. To. II. p. 204. Fuit coronatus Chonradus in Roma VIII Kal. Iunias, et percurrit Indict. XI. et anni 1028.

(b) ANNALES Hildesh. ad a. 1029.

\*) Praefedit ab a. 1031. ad a. 1051. quo obiit mense Julio. LATOMVS p. 483.

(c) Suppl. II. Hist. Gotb. p. 338.

(d) Annal. L. II. p. 642. To. I. rer. Germ. Meibom.

(e) MABILLONIVS de re diplomatica L. II. c. 18. p. 144. HEINECCIVS de Sigillis Veteris P. I. c. 9. §. 39. p. 96.

\*\*) Obiit a. 1059. 7 Id. Dec. LATOMVS p. 485.

cundum cum nostro  
CVS HAHNVS (e)  
tus corporis habet al  
defens. Sinistra  
put mitra opertum,  
eminet globulus,  
situm rotundo faxo  
lari. Sigillum ali  
fol. 604 p. 251. S  
igillum indicari, nor  
tabula XI, Vindici  
et archivo Hildeshei  
m duobus: HE  
et Imperatorum cog  
Cunradus II eiusque  
hunc operosiora  
et imperatoriam sim  
nos enim tertius sig

Sigilla quatuor re  
tentio et quarto adpare  
nu in primo additur:  
ROVS. DEL. GRACI  
gutatis Imperatoriaie c  
aret postergali usque a  
tronum vel sedile re


Dextra praefert sce  
ler ad umbilicum supe  
rior, inustato et ab Epit  
item morem ac sicut c  
huius praebet spectand  
tum crisi vel exigui.  
suum globum sinistra of  
habetum representat He  
colum. Bullam plumbat  
scriptio addita sigillis H  
MP AVG. Ex Romae  
cum Romae fuisse Domi  
num tenebat. Obfu  
ctus in eo, geminum d  
am et politicum. Ex he

To. I. Collect. Monument. i

cundum cum nostro penitus conuenit. Producit quoque vnum D. SIMON FRIDERI-  
CVS HAHNIUS (e) ad annum 1044. Epigraphe haud est diuersa ab aliis. Sed habi-  
tus corporis habet aliquid eximii. Dextra praefert baculum in tricuspidatum lili florem  
definens. Sinistra erectum tenet baculum, cui globulus desuper est impositus. Ca-  
put mitra opertum, quae limbum ostentat, diademate serrato insignem. In vertice  
eminet globulus. Vtrimeque ad aures a diademate prominent radii incurui. Pedes in-  
sistunt rotundo saxe seu ligno. Amiculum pectori circumdate, quale gestarunt Epi-  
scopi. Sigillum aliud regium ad annum 1043 habes apud Ven. SCHANNATVM Trad.  
Fuld. 604. p. 251. Sceptro, quod dextra adtingit, infidet auis alas suas expandens. A-  
quilam indicari, non dubito. Imperatorum vnum exhibuit SCHANNATVS ad a. 1056  
in tabula XI, Vindiciis Archivi Fuldensis subiecta. Ab eo non discrepat illud, quod nos  
ex Archivo Hildesheimensi ad annum 1051 edidimus in tab. XVI. fig. 5. Epigraphe in  
hisce duobus: HEINRICVS DI. GRA ROMANOR IMP AVG †. Alibi sese in ordi-  
ne Imperatorum cognominum secundum vocat. Monogramma Henrici III alibi adtuli.  
Conradus II eiusque successores vsque ad saeculum XIII medium monogrammata ad-  
hibuerunt operosiora, quippe quae non nomen modo, sed dignitatem quoque regiam  
ac imperatoriam simul significant. Cessarunt nunc ductus subscriptionum turriti. Hen-  
ricus enim tertius signum hocce sigillo suo subsignato addidit:



Sigilla quatuor regia, ab Heineccio adlata, haud admodum differunt. In primo,  
tertio et quarto adparet epigraphe: † HEINRICVS DI GRA REX. Post vocem *Hein-  
ricus* in primo additur: TERCIVS. In secundo eoque nostro exstat epigraphe: † HEN-  
RICVS. DEI. GRACIAO III. REX ROMANORVM. Vnde innotescit, candidato di-  
gnitatis Imperatoriae certo ac heredi nomen fuisse *Regis Romanorum*. Solium in sigillis  
caret postergali vsque ad Conradum III. Sigillum Henrici III, quod vocauimus primum,  
thronum vel fedile regium repraesentat simplicissimum, hunc in modum:



Dextra praefert sceptrum liligerum; sinistra baculum. Epomis seu chlamys aequa-  
liter ad umbilicum super humeros et inde porro eleganter conuergit, more antea, op-  
nor, inusitato et ab Episcopis ea aetate recepto. In sigillo regio secundo chlamys, ad ve-  
terem morem ac situm conformata, conspicitur. Dextra sceptrum liligerum extollit;  
sinistra praebet spectandum globum imperiale crucigerum. Corona vbique eadem:  
crines crisi vel exigui. In tertio et quarto dextra refert baculum aquiliferum; impe-  
riale globum sinistra ostentat Imperatorum sigillum, quod SCHANNATVS protulit,  
barbatum repraesentat Henricum, dextra qui globum crucigerum sustinet; sinistra ba-  
culum. Bullam plumbeam Henrici III communicavi cum lectore in tabula XVI. fig. 6.  
Inscriptio addita sigillis Henrici Imperatoris: † HEINRICVS. DI GRA. ROMANOR. IMPR AVG.  
Ex Romae imagine vel potius figura palatii Romani satis constat, Impera-  
torem Romae fuisse Dominum, quippe qui Papam confirmabat ac Romae iurisdictionem  
summam tenebat. Obfuscauerat eam aetatem error, a sacerdotibus introductus, con-  
fistens in eo, geminum dari dominatum eumque plane separatum, scilicet ecclesiasti-  
cum et politicum. Ex hoc capite Victor II, potestati suae datus fastigium, Bullis

Ee ee ee ee plum-

(c) To. I, Collect. Monuments. ineditorum. p. 72.

plumbeis suis aequae Romam auream repreäsentauit. Obiter animaduertimus, hexametrum illum: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi*, dudum ab Imperatoribus fuisse adhibitum ante Fridericum II et Carolum IV. BENZO in *Panegyrico*, quo Henricum III. Imperatorem laudauit, Burchardum Episcopum vocat patrem cancellariae, c. 42. p. 1032. To. I. Menckenii. HENRICO III successit filius HENRICVS IV, natus anno 1050. II. Nou. Ipse in Regem Germaniae apud Triburiam a. 1053 fuit electus, et paulo post suscepit Aquisgrani diadema regale: Romae proclamatus est Imperator a. 1084. 31 Martii. Succubit tandem turbis sacerdotum, qui in ipsum accenderant filium Henricum V. Obiit prae moerore a. 1106. 12 Aug. Leodii, ac Spirae demum a. 1111. 9 Aug. sepulturam inuenit. Regnum imperiumque amiserat Ingelhemii a. 1105. 31 Dec. Cum vxoribus Bertha et Adelheida coniugia discordiis plenissima fouit. Archicancellarii per Germaniam exstiterunt Archiepiscopi Moguntini; per Italiam Colonienses; per Burgundiam Treuirenses. Cancellarii (\*) ex variis locis adsciti. Henrici IV duo sigilla regia dedit HEINECCIVS tab. VII. n. 1. 2. Exstat sigillum eius quoddam, diplomati inhaerens, quod anno 1059 Wizenburgi datum. Vocat se inibi Henricus quartum Regem, annumque 1059 numerat sextum ordinationis suae, quartum regni. Rex insidet throno; dextra praefert baculum, cui *auis* insidet; sinistra globum crucigerum ostentat. HENRICVM IV in dignitate summa exceptit filius HENRICVS V, natus ex Bertha anno 1081, successor declaratus a patre a. 1099. 6. Jan. Aquisgrani: Romae ter coronatus, videlicet anno 1111. 10. Apr. (a) porro a. 1117. tandemque in die Pentecostes a. 1118. PETRVS DIACONVS L. IV. Chronici Casinensis c. 64. p. 486. Henricus, die sanctae Pentecostes ab eodem Haeresiarcha (Burdino seu Gregorio VIII) coronatus, Liguriam rediit. Obiit ipse Ultraiecti ad 23 Maii a. 1125 et postea tumulis progenitorum Spirae aggregatus fuit. Vxorem duxerat Mathildem, filiam Henrici I. Regis Angliae, ex Maria Scotica natam. De despousatione ita habetur in CHRONICO SAXONICO ad a. 1109. p. 215. Hoc anno fuit Rex Henricus ad Christi festum et ad Pascha in Normannia, et ante Pentecosten hanc in terram venit, suamque curiam in Westmynster tenuit. Ibi erant pactiones confectae et iuramenta praestita de filia sua Imperatori danda. Nuptiae sunt celebratae a. 1114. 25. Dec. Moguntiae. Ipsa filiam peperit Bertham, vxorem Ptolemaei, cuius pater consul Romanus erat, nuptam a. 1117. Mathildis, marito orbata, denuo nuptias iniit et quidem cum Gaufrido Andegavensi a. 1128, obiitque a. 1167. 10 Sept. Rothomagi: sepulta in monasterio Beccensi. (b) Archicancellariorum eadem, ac sub Henrico IV, conditio. Cancellariorum mira fuit varietas. Henrici V sigillum regium produxi in Tab. IV. fig. 18. Imperatorium dedit HEINECCIVS Tab. VII. n. 3. In eo eminet inscriptio: † HEINRICVS D[omi]n[u]s GRA[ves] ROMANORVM. IIII. IMPR. AVG. Dextra tenet sceptrum, in rosam desuper diuergens; sinistra ostentat globum crucigerum. A latere throni vtroque prominent falconum capita. Limbus togae inferior est praetextus quadam insita. Inueniuntur etiam alia Henrici sigilla. SIMON FRIDERICVS HAHNIVS (c) profert diploma Henrici V ad annum 1114. 18 Kal. Octobris. Erfurt illud est datum. Adhaeret obliteratum sigillum. Epigraphe: † HEIRICVS D[omi]n[u]s GRA ROMANORVM IIII IMP AVG. Loco falconum vtrimeque eminentium exstant capita canina. Inueniuntur etiam sigilla Henrici V imperatoria, in quibus is effigiem Christi dextra, effigiem mundi gestat sinistra, si credimus chartario Grauhoffiano. (d) Intelligitur per effigiem Christi crux fortassis, qualem vidimus in dextra Henrici tab. IV. fig. 14. Crux certe, lancea, sceptrum, globus ac corona ab Henrico IV fuerunt filio tradita, tanquam imperii insignia. (e) AVCTOR verae delineationis atque descriptionis globi imperialis, qui inter cetera sacri Romani Imperii insignia adseruatur, (f) adtulit cuiusdam Imperatoris numum, qui corona

(\*) Anno 1096 Caesar diploma promulgauit Patavii de Comitatu Bernhardi in Emescowa et Westfale, quod Humbertus Cancellarius recognouit loco Archiepiscops Moguntini Routhardi. Vide Auctarium diplomatum veterum ad Lindenbrogii priuilegia ecclesiae Hammaburgensis p. 181.

(a) In die Domonica Quasimodogeniti. CONRADVS VRSPERG p. 255. GVILIELMVS Malmesburiensis de Gestis Anglorum Regum L. V. p. 167.

(b) KOELERV in Diff. genealogica de Familia Augusta Franconica p. 64. sqq.

(c) In Collect. monument. in editor. To. I. p. 75.

(d) HEINECCIVS de Sigillis P. I. c. 9. §. 44. p. 99.

(e) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 247.

(f) Cap. XVI. p. 13.

corona eaque vniuersal  
spicus, infidet formi

sinistra globum, i  
super fibulam ad me

qualibet Impera  
num illi vocat Henr  
icus Dei gratiam Ro  
manum iam ante coron  
em. (b)

Vocat nos sigillum  
illa sunt regia; alia im  
30. Aug. coronationem i  
Imperator denum anno  
De Archicancellariis nil  
annum 1132. p. 189.  
nos defuit, qui nre d  
galaburgensis huius officio  
Tab. VII. n. 5. et Imper  
epigraphe regalis sit:  
Imperatoria vero haec  
In nonnullis sigillis sui  
adulti p. 171. sq. In pri  
iam a Conrado II. Co  
tonis, et fimbriis vestit  
in Galliam et inde in G  
plane diuersum, in quo  
tum Meichelbeckius et es


Excepit Lotharium  
Gloriae Sueviae, matre A  
derit anno 1094. Euasi  
fieri. Diadema Romae ni  
Conrade, filia Berengarii S  
Fridericum. Ille admodum  
externa elusa. Fridericus,  
Ipsi in vxorem obti  
lundi III habes in tab. IV.  
regale. Dextra tenet bacul  
bit crucigerum imperiale  
cur sepe non adpellavit ter

HEINECCIVS P. II. Chron. ad  
FISCHERVS To. III. Ital. sac  
annal. Paderborn. L. VII. p. C  
TOLNERI Codex diplomaticus  
1. p. 18,

DISS. VII. DE TVITIONE REGIA.

1141

corona eaque vniōibus loco fasciae ornata, ac radiis quatuor latioribus instructa, conspicuus, infidet fornici conuexo, dextra hanc crucem tenens



et sinistra globum, in medio linea quadam veluti signo Aequatoris bipartitum. Epomis per fibulam ad medium pectus constricta. Adparent adiectae litterae,

IO

quas Lotharium Imperatorem, Saxonem nempe, designare, auguror. Paschalis II ad annum IIII vocat Henricum V. charissimum in Christo filium, Teutonicorum Regem, et per omnipotens Dei gratiam Romanorum Imperatorem Augustum. (g) Ipse sese vocavit Regem Romanorum iam ante coronationem; nec minus eodem elogio ab aliis ante eam adfectus est. (h)

§. X.

Vocat nos sigillum LOTHARII Saxonis. Vitam eius alibi explanamus. Sigilla eius alia sunt regia; alia imperatoria. Lotharius in Regem electus fuit Moguntiae a. 1125. 30. Aug. coronationem suscepit Aquisgrani ad 13. Sept. Romae vero proclamatus fuit Imperator demum anno 1133. 4 Junii. Decessit ex hac vita anno 1137. 3 Septembris. De Archicancellarii nil noui contigit. Addo tamen locum Chronographi Saxonis ad annum 1132. p. 189. Lotharius Longobardorum fines intravit. Et quia Archiepiscopus Coloniensis defuit, qui iure debet esse Cancellarius in illis partibus, Norbertus Archiepiscopus Magadaburgensis huic officio deputatus est. Regium Lotharii sigillum adulit HEIN ECCIVS Tab. VII. n. 5. et Imperatorium n. 4. Differentia in vtrisque est nulla, praeterquam quod epigraphic regalis sit: † LOTHARIVS. DEI. GRATIA. III. ROMANORVM. REX. Imperatoria vero haec: † LOTHARIVS. DEI. GRATIA. III. ROMANOR. IMPR. AVG. In nonnullis figillis suis regius Lotharius sese vocavit secundum. Confer ea, quae supra adulii p. 171. sq. In praefens addo, cinno crinum complicato vniōnes tres esse insertos iam a Conrado II. Coepit hac praecipue aetate ritus adiungendi vniōnes baltheis, coronis, et fimbriis vestium. Ritus hastiludorum, et vniōnum in vestibus, ex Oriente in Galliam et inde in Germaniam processit. Sigillum Lotharii Imperatorum, a reliquis plane diuersum, in quo nulli ex capite dependent crines vel peniculamenta, exhibuerunt Meichelbeckius et ex eo editores Heisfi To. II. Tab. III. n. 21.

§. XI.

Excepit Lotharium CONRADVS III, ex familia Stauffensi natus, patre Friderico I Comite Sueviae, matre Agnese, filia Henrici IV Imperatoris ex Bertha. Lucem adspexit anno 1094. Euasit postea Dux Franconiae. In Regem fuit electus a. 1138. 22 Febr. Diadema Romae nunquam suscepit. Obiit a. 1152. 15 Febr. Vxore gauisus est Gertrude, filia Berengarii Senioris Comitis Sulcavensis, ex qua genuit Henricum et Fridericum. Ille admodum puer a. 1147. Rex Germaniae electus, a. 1150. decepsit, spe paterna elusa. Fridericus, Dux Sueviae, a sede dictus Rotenburgicus obiit a. 1167. 19. Aug. Ipsa in vxorem obtigerat Rixa, Henrici Leonis ex Clementia filia a. 1167. Sigillum Conradi III habes in tab. IV. fig. 19. Ipse solio usus est in sigillis, cui est tessellatum postergale. Dextra tenet baculum, liliigerum vel cruce instructum; sinistra globum sustentat crucigerum imperiale. Vocavit sese plerumque Conradum Regem secundum. (i) At cur sese non adpellauit tertium? Caussam nolim coniicere in saeculi barbariem, quod fecit

(g) ALBERICVS P. II. Chron. ad. a. 1111. p. 217.

(h) VGHELLVS To. III. Ital. sacr. sub Archiepiscopis Pisaniis in Vita Petri n. 41. p. 432. SCHATENIVS Annal. Paderborn. L VI. p. 666. sqq.

(i) TOLNERI Codex diplomaticus n. XLIX. p. 43. I. P. LVDEWIG in reliquo MStorum To. II. n. 9. p. 185.

fecit HEINECCIVS. (k) Anima duertere liceat, interfuisse non nihil illo aeuo inter Regem Germaniae, qualis fuit CONRADVS I, et inter Regem Romanorum, hoc est, designatum imperii Romani regnique Italiae successorem. Conradus III Italos habuit morigeros; Conradus I haud aequa. Epigraphe sigillorum Conradi III est huiusmodi: †CVN-RADVS D<sup>o</sup> GRA<sup>o</sup> ROMANORV<sup>o</sup> REX<sup>o</sup> II.

## §. XII.

Conrado III extinto, FRIDERICVS I, Barbarossa seu Ahenobarbus cognominatus, successit. Ortu erat Comes et Dux Sueviae, dictus de Stauffen, Hohenstauffen, Stauffenburg. Fridericus, avus ipsius, ob vxorem Bertham, Henrici IV filiam, Ducatum Sueviae obtinuit. Pater fuit Fridericus II Cœles, natus 1090, successor in Ducatu Sueviae a. 1105, defunctus a. 1147. Matre vsus est Juditha, filia Henrici Nigri, Ducis Bauariae et Wulfhildis Billungicae. Friderico II successit Fridericus III seu Barbarossa, qui in serie Imperatorum dicitur *primus*. Hic, anno 1152. 3 Non. Martii, Francofurti in Regem Germaniae electus, (l) ac proxima Dominica *Laetare Aquisgrani* ornatus est diadema regali. Anno 1155 Longobardicam et Romanam coronationem admisit. Obiit anno 1190 in expeditione Asiatica, 4 Id. Junii circa Seleuciam Syriae, haud procul ab ostio Orontis. Osse eius a filio Henrico VI in templo Antiochiae ante aram S. Petri sunt sepulta; (m) caro et intestina apud Tarsum. (n) Sigillum eius habes ad a. 1188. in *tabela nostra V. fig. 20*. Epigraphe: † *Fridericus. Dei. gra. Romanor. Imperator. Augs.* Corona superne est clausa, a qua ad aures dependent duae fasciae, vñionibus insignitae. Solium gaudet Postergali ac statu minibus lateralibus. Epomidem ad initia pectoris coeret bulla: limbum ornant margaritae: dextra praefert baculum nodosum liligerum, cui desuper crux insistit; dextra globum crucigerum, fascia veluti Aequatore distinctum, gestat. HEINECCIVS duo eiusdem formae sigilla adserit (\*) in Tab. VIII. n. 3. 4. eisque succinctam adiungit expositionem. Bullam auream Friderici protulit MABILLONIVS. (o) Conspicitur in ea effigies solita protomes ac epigraphe iam adducta. In postica offertur adspectui ciuitas Romana cum perigrapho: ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI. Insigne Suevicorum Ducum fuisse leonem, intelligo ex sigillo Friderici II monoculi, quod Cel. KOELERV<sup>s</sup> praefixit *Genealogiae familiae Augustae Stauffensis*.

## §. XIII.

Progradimur ad sigilla Henrici VI, Philippi Suevi, Friderici II, Henrici VII Regis Romanorum, Conradi IV, ac Ottocari, Bohemiae Regis, qui fese pro Imperatore gerere studebat. HENRICVS VI, Friderici I ex Beatrice Burgundica natus, anno 1165 Noviomagi primam lucis usuram adspexit. Ipse a. 1169 Bambergae Rex Germaniae post Pentecosten electus est, coronatus Aquisgrani die XV sequentis Augusti. Regni Longobardici diadema a. 1186. 27 Ian. Mediolani obtinuit. Dignitate Imperatoria a. 1190 potitus, a. 1191 Romae feria Paschali diadema sumvit. Renuntiatus est Rex Siciliae a. 1189: coronatus Panormi anno 1195. 30 Nou. Obiit ad Messanam in vespera S. Michaelis a. 1197. 28 Sept. Panormi sepultus. Vxor ei dotis loco Siciliam utramque adiutavit, videlicet Constantia, filia Rogerii II postuma, Regis Siciliae et Beatricis Comitis Roitestensis, nata a. 1154, quacum a. 1181 Moguntiae sponsalia iniit. Matrimonium ad a. 1186. 27 Ian. usque dilatum. Procreatus inde Fridericus II a. 1194. 26 Dec. Constantia mater excessit a. 1198. 19 Nou. et in aede maxima Panormitana fuit sepulta. Sigilla Henrici VI omnino vidi duo, quae non multum a sigillis Friderici patris abundunt, excepto quod per diametrum adposita sint verba haec folio regali: REX SICILIAE. (p)

PHILIPPVS Suevus, Henrici VI frater germanus et ueterinus, electus est a. 1197 in Imperatorem variasque concertationes cum Ottone IV Brunsuicensi exercuit, defunctus a. 1208. 21 Junii Bambergae, unde, sepultus licet esset, Spiram est transuetus. Vxorem duxit Irenen, filiam Isaacii Angeli Imperatoris Constantinopolitani ex prima con-

(k) In *Syntagma de Sigillis Veterum* P. I. §. 49. p. 102.

(l) OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. vlt. et de *Gestis Friderici I.* L. II. c. 1.

(m) TAGENO in *descriptione expeditionis Asiaticae* p. 416. To. I. Fieheri.

(n) OTTO DE S. BLASIO c. 35.

(\*) P. I. c. 9. §. 50. p. 102. sq.

(o) *Suppl. I. de re diplom. adpend. 2. n. 15.*

(p) Supereft sigillum Henrici in Diplomatica, a. 1195. ad senatum Hildesheimensem Frankenvordii dato. Sed non licuit typum eius obtinere. Diploma habes apud C. LVNIGIVM in *Spicil. eccles. P. II.* p. 258.

coniuge et sponsa Rog  
uit. Ipsa obit a. 1201  
Philippi haec tenuis vidi  
In fine dependet ex filo s  
in terra; ab altera p  
vnam manu. (\*)

FRIDERICVS II.

a. 1190. diadema regal

discepsit a. 1212. Me

diadema nactus. Ipsa

Bertham quoque Re

Citranatae a. 1250. 12

mebus et concubinis a

Amagiae et Sanctiae

non normi adsciuera

normi obtinuit. Se

gi Hirscholytanii et

meni Nouembri in op

vocat scriptores Ifabeli

golmensis. natam a. 1

bris in partus difficult

cincte alibi dedimus.

eis successores adpellant

et Theodora Graecae,

Ottocaro, Regi Bohemiae

fide humata. Henricu

naturat Austriae; sed a

Henrici filius vocabatur

te II genuit a. 1228

em Romanum a. 1237

la. Fungiaeque sepul

tre, et Agnetis Palatin

ut nuptias cum Mainb

defuncta a. 1270, et in

Italis adpellatus Conrad

reditate vtriusque Sicili

to Galliarum Princip

is repetitum irent, vte

capite plexus est a. 126

alia Lanzenfi, Blanca,

dein adripuit Siciliam,

1165. 26 Febr. Vxores h

ab Sabaudiae, posteriore

affterunt sequentes: Co

onradini declarationem,

Margaretam et filios hosce

mus. (r) Inter haec O

z, dignitatem regni Germ

ney Fridericus II titulos

erupto. Sibi enim adscri

pti dedit HEINECCIVS Ta

ctibucto, ornatus pallio ta

In Vita S. Engelberti p. 12.

Viri nobilissimi, qui nuer

emiserunt, sigilla Imperato

exhibuerunt To. II. Tab. III.

Singula haec solidis testi in omni

duplicite Stauffensi, Altro

coniuge et sponsa Rogeru IV Regis Siciliae, a. 1196, quae ipsum filiabus quatuor beatuit. Ipsa obiit a. 1208 mense Decembri, in monasterio Loricensi humata. Sigillum Philippi hactenus vidi nullum. Auream eius bullam ita describit *G E L E N I V S*: (q)  
*In fine dependet ex filo serico sigillum aureum, ab una parte habens templum tergemina insignitum turri; ab altera parte sedet Imperator in solio regio, tenens dextra sceptrum, sinistra orbem mundi.* (\*)

*FRIDERICVS* II, Henrici VI filius, vtriusque Siciliae Rex a. 1191. factus, Panormi a. 1200. diadema regale suscepit. Fuit ipse etiam in Regem Germaniae a. 1195 electus denuoque a. 1212, Moguntiaeque ad 6 Dec. inauguratus, Aquisgrani a. 1215. 25 Julii diadema nactus. Ipse euasit Imperator Romae a. 1220. 22 Nou. et, fortunante Deo, per Iolanham quoque Rex Hierosolymorum ac Iudaeae. Obiit ipse in castro Florentino Capitanatae a. 1250. 13 Dec. in Fungia sepultus. In factis eius memorandum, quod uxoribus et concubinis adfluxerit. Vxor prima vocatur *Constantia*, filia Alfonsi II Regis Arragoniae et Sanctiae Castellanae, vidua Emerici Regis Hungariae, quam sibi in torum Panormi adscuerat a. 1209. mense Februario. Ipsa decessit a. 1222 ac sepulcrum Panormi obtinuit. Secunda vxor fuit *Isabella* seu *Iolantha*, filia Iohannis de Frienne, Regis Hierosolymitani et Iolanthe Hierosolymitanae, desponsata a. 1223, ducta a. 1225 mense Nouembri in oppido Brundusii, quam amisit in puerperio a. 1228. Tertiam vocant scriptores *Isabellam* filiamque Iohannis sine terra, Regis Angliae ac Isabellae Engolismensis, natam a. 1214, deductam a. 1235. 20 Iulii. Ipsa obiit a. 1241. Kal. Decembribus in partus difficultate. Ex Constantia natus fuit *HENRICVS VII*, cuius vitam succincte alibi dedimus. Obiit ipse in carcere Siculo a. 1242 mense Februario. Vxorem eius auctores adpellant *Margaretam*, quae exstigit filia Leopoldi gloriosi, Duci Austriae, ac Theodorae Graecae, et ab ipso Norimbergae a. 1255 fuit ducta. Ipsa secundo nupsit Ottocaro, Regi Bohemiae, a. 1252, a quo a. 1260 repudiata decessit a. 1273, in Lilienfelde humata. Henricus ex ea suscepit a. 1250 *Fridericum*, quem annus Ducem destinauerat Austriae; sed annus sequens spes aui patrisque funesta morte subruit. Alter Henrici filius vocabatur *Henricus*, itidem fato praematufo exstinctus. Ex Isabella Fridericus II genuit a. 1228 Conradum IV, mense Aprili natum ad Adriam, et postea in Regem Romanum a. 1237 Viennae electum. Obiit Conradus anno 1254. 21. Maji in Apulia, Fungiaeque sepultus est. Vxor ei fuit *Elisabeta*, filia Ottonis Illustris Duci Bauariae, et Agnetis Palatinae, a. 1246 ducta. Ipsa, marito superstite, posteriores celebravit nuptias cum Mainhardo III Comite Goeritiae, Tirolis et Carinthiae a. 1269. 6 Octobr. defuncta a. 1270, et in monasterio Stams humata. Conrado fuit filius cognominis, ab Italis adpellatus *Conradinus*, Rex Hierosolymitanus et Siciliae, ac Dux Sueviae. Ab hereditate virtusque Siciliae adeunda Papa ipsum exclusit, eamque, de alieno liberalis, *Carolo Galliarum Principi* donauit. Quam quum Conradinus aequa ac Fridericus Badensis repetitum irent, vterque, Pontificis atroci instinctu, a Carolo Andegavensi captus et capite plexus est a. 1268. 29 Octobris. *Manfredus* ex concubina Friderici II, Marchionissa Lanzenfi, Blanca, natus a. 1236, exstigit primo Comes Lanceae et Princeps Tarenti: dein adripuit Siciliam, cuius Rex Panormi a. 1258. 11 Aug. declaratus fuit. Decessit a. 1265. 26 Febr. Vxores hic duas duxit, priorem *Beatrixem* a. 1247, filiam Amadei Comitis Sabaudiae, posteriorem filiam Vatazi, viri in Graecia illustris. Liberi Manfredo exstiterunt sequentes: *Constantia*, vxor Petri II Regis Arragoniae, et Siciliae postea per Conradi declarationem, a. 1300. 9 April. defuncta, *Margaretha*, et filii nonnulli. Margaretam et filios hosce Carolus Andegauensis, nouus Neapolitanus Rex, duxit captiuos. (r) Inter haec *OTTOCARVS*, Rex Bohemiae, qui viduam Henrici VII duxerat, dignitatem regni Germaniae usurpauit, quam ei detraxit Rudolfus Habsburgicus. Coepit Fridericus II titulos in epigraphe sigillorum cumulare, more novo necdum plane recepto. Sibi enim adscripsit dignitatem Regis Hierosolymorum et Siciliae. Sigilla eius tria dedit *HEINECCIVS* Tab. II. n. 1. Tab. XVII. n. 1. 2. Insidet Rex solio pulcherrime exstructo, ornatus pallio talari, ad summa pectoris fibulae interuentu clauso, dextra

Ee ee ee 3 tol-

(q) In *Vita S. Engelberti* p. 32.

(\*) Vxi nobilissimi, qui nuper *HEISSII* librum: *Histoire de l'Empire*. a. 1733. 8. Amstelodami Tomis VIII emiserunt, sigilla Imperatorum singula conquiserunt, apud alias excusa. At Philippi sigillum haud exhibuerunt *To. II. Tab. III. fig. 25.*

(r) Singula haec solidis testimoniis comprobavit Celeberr. *IO. DAVIDES KOELERV* in *Genealogia familiæ Augustæ Staufensis*, Alton. 1727. 4.

tollens baculum et nodosum et crucigerum , sinistra vero globum , decoratum cruce . Perigraphe est huiusmodi : † FRIDERICVS. DI. GRA. ROMANOR. REX. SEMP. AVGVST. REX SICILIE. In altero sigillo adparent ornamenta , ex capillis pendula , quae adornant tempora. Chlamys super humerum dextrum est reiecta. Solium paululum a priori discrepat. HVEBERVS in Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata Tab. III. n. 4. ad annum 1231 exhibit Friderici sigillum imperatorum. Deest in eo posttergale. Corona constat ex radiis separatis et ad verticem coeuntibus. Tertium Heinecianum sifit quoque Imperatorem , sed ad a. 1230 , conspicuum corona imperiali crispique capillis prolixo defluentibus. Perigraphe est : † FRIDERICVS DI GRA IMPERATOR. ROMANORV SEMP. AVGVST9. A dextra solii parte leguntur haec : I REX; a sinistra : IERIM. Intellige , notari voces : Et rex Ierusalem, OTTO IV et FRIDERICVS II cooperunt vti titulo : Semper Augustus, idque in sigillis. Bullam auream Friderici adulit vel potius descriptis Iohannes Mabillonius. (s) In postica conspicitur vrbs Roma , cui adscriptum in circulo : Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. In antica visitur effigies , sigillo , quod diximus , primo impressa. Perigraphe : † FRIDERICVS DI GRA ROMANOR REX ET SEMP AVGVSTVS ET REX SICILIE. Henricus VII. filius Friderici , vtitur interdum cognomine Ducus Sueviae in sigillo , aliquando id omittit. Sigillum eius exhibit HEINECCIVS tab. IX n. 1. Perigraphe est huiusmodi : † Henricus. Di. gra. Romanorum Rex et semper Augustus. Ad latera solii simplicioris additum : et Dux Sueviae. Chlamys , more antiquo efformata , veneratione spectatorem adscit. Dextra sceptrum gestat , lilio dupli eximium ; sinistra praefert globum crucigerum. Aliud omnino sigillum adhaeret diplomati , de quo nuper Neo-Hildeshemium cum Praeposito Episcopali Canonorum contendit. Perigraphe est eadem. Verba : et dux sueviae , plane absunt. Ex crinibus , quod peculiare , funiculi vtrinque dependent , qui in tres vñiones vel gemmas adhaerentes desinunt. Sceptro superimmit crux. Diploma , quod olim Henrico V tribui , sic habet :

„H. Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Vniuersis ad quos presens scriptum peruererit gratiam suam. et omne bonum. Cum imperialis magnificencia omnibus aliis (t) superemineat. liberalitatem nostram decet esse precipuam maxime circa loca relligiosa. Et viros Viros ecclesiasticos. Ut grata eis conferamus subsidia. ipsum honorantes. ad cuius fortem electi sunt et ministerio mancipati. Vnde nos ad instantiam et petitionem C. Prepositi maioris Ecclesie in Hildensem , ciuitatem novam inter Hildensem et Losbeke constitutam liberam esse censemus. eam ab oneribus et muneribus eximentes. ut telonia et pfaestationes. quas debent. nulli hominum persoluant. sed soli Preposito maiori. qui fuerit pro tempore. quo ad omnem utilitatem et reuerentiam semper subsint et in eius deuotione permaneant. Liberum etiam Preposito sit in eadem ciuitate ordinare officia in mechanicis et aliis professionibus. et magistris officiorum instituere. qui ad ipsum habeant respectum et eius tantum obseruent iudicium. Indulgemus etiam eidem ciuitati semel in anno nundinas scilicet in festo beati Lamberti et forum semel in septimana. scilicet die dominico vel alio. quem sibi vtilem viderit et commodum. Omnes etiam ad nundinas predictas et forum venientes et inde recedentes nostre magnificencie gaudere volumus defensione. Ut autem hec nostre indulgentie ordinatio rata et inconuulsa permaneat. eam sigilli nostri impressione muniuimus et ab omnibus firmiter precipimus obseruari. Datum apud Heripolim X Kalend. Decembris Indictione XV. „

Haesito circa imperiali magnificientiam , circa defectum recognitionis ac subscriptio- nis , defectumque testium et omissionem anni epochae christiana , monogrammatis que. Henricus , vt verbo dicam , nil potuit adprobare vel firmiter constituere , ni ordines Imperii adnuerent , et eorum nonnulli subscriberentur , vel pater Fridericus robur constitutioni adderet.

CONRADI IV sigillum idem Heinecius adfert in tab. IX. n. 2. in quo legis haec in peripheria : † Conrad diu Augst. Impris. Fridci fili9. Di. gra. Romanor. I rege elect9. Circa solium in orbe exstant haec : °°° heres. Ierim. i.e. heres Ierusalem. Eamdem appellationem inuenis apud Browerum To. II. Annal. Trevir. L. XVI. §. 6. p. 137. Conradus

(s) De re diplom. L. II. c. 16. n. 16. p. 141. Conf. MATTHAEVS PARIS p. 246.

(t) Nullum iota heic habet superimpositum puntum. Geminato iota duae oblique virgulae incumbunt,

radus seie etiam vocau das den Heng Würtemb Seder Conradus , seu fedili , cui posttergero sinistro fibulata coperiale , 0770C. Mellicenus illustrata Tuis Regis Romanor magnificientia conatur. In altero ad PHILIPPVM II. Rege amoduxisse morem Henrico I. Rege Angone saeculo XII. ac si UDVICVS. anno 1. gloriam eius adhibui que vox celeriter prorupit in scuti ornatum VIII. qui ternariu exstiti exemplo. Ex quo Ludolfum cum Oditum. Nam Ludolfo eq. centrum , et Odae tres genitifus ex gente Francia Orientali fuisse originis specimen insigne , quaque colligere valet. et annum 1195 vocari Co

Sigillum Ottonis I dato , quod in medium duas dependentes , longa duplcam seu metropol in tab. IV. fig. 14. Ex altero. Perigraphe ROMANORVM IMPERI. Caesar teneret insignia regalis , magnificientiora : vñiones subfello suis. Crux est duplicata subtilitate Dominum Lumen transuersum solidum , cui luna bicornis est duplo unoxo. Infra procuras contingis (z) respicio MARIA. DEL. GRACIA. Reip. Augustus , semper Augustus , adridere coepit ad maiorem , OTTONEM signis luminis solis ac lunae co

BERNARD MONTFAUCONINA Lips. 2. 1731. Nou. P. CAROLVS de FRESNE in G. Regium Ottonis sigillum de Otto Di gratia Rex. Abessi L.G. de ECKHART in Eritaria HEINECCIVS de Sigillu Veteri

radus sese etiam vocavit Regem Ierusalem et Sicilie. Vide I. G. Kulpifum in *Deductione*, das dem Hause Würtemberg das Reichs-Panner-Amt zustehet. Beylage. B.

Sedet Conradus, quantum ad effigiem eius in sigillo expressam adtinet, in throno seu sedili, cui postergale est nullum, imberbis, corona redimitus, chlamyde in humero sinistro fibulata conspicuus, gestans dextra sceptrum lilligerum, sinistra globum imperiale, OTTO TOCARI sigilla duo exhibet Philippus Hæberus in Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata Tab. IV. n. 4. ad a. 1264. et Tab. V. n. 6. ad a. 1269. Abest quidem titulus Regis Romanorum seu Imperatoris. Sed solium tamen est regium, ac diadema cum magnificentia coniunctum. Dextra tenet baculum lilligerum, sinistra globum crucigerum. In altero adstat scutum, repraesentans aquilam. De cetero notandum est, PHILIPPVM II, Regem Galliae, florem lili nunc primum in contra-sigillo adhibuisse, ac introduisse morem deponendi barbam apud Reges Francorum. (u) Suscepit is cum Richardo I. Rege Angliae, expeditionem in Orientem ad Palaestinam tuendam, exente saeculo XII, ac signo peculiari tum indubie in scuto usus fuit. Antecessor ipsius LUDOVICVS, anno 1180 denatus, rosam auream ab Alexandro IV Papa accepit et ex gestamine eius adhibuit Flori cognomen. Ipse porro, vt adlusionem ad florem et Louys, quae vox celeriter pronuntiatur per Lys, ostenderet, primus flores gladioli seu iridis (i.e. les lys) in scuti ornatum inuexit. Numerus horum florum variauit usque ad CAROLVM VII, qui ternarium (x) constanter usurpauit et eo nomine successoribus singulis exstitit exemplo. Ex quo patet, effigiem, quæ est obuia in templo Gandesiano, quæque Ludolfum cum Oda vxore repraesentat, saeculo demum XV vel XVI fuisse pictam. Nam Ludolfo equus pro insigni est attributus ex ornatu scuti Ducum Brunsuicensium, et Odae tres gladiolorum flores adiecti fuerunt. Odam enim maiores audierant fuisse ex gente Francorum. Sed recordandum fuisse, ipsam ex Franconia seu Francia Orientali fuisse ortam, nequaquam ex Francia Occidentali seu Gallia. Ruditas specimen insigne, quam multiplicem olim Gandershemium ostentabat, hinc facile quisque colligere valet. Obiter animaduerto, Conradum, Episcopum Hildeshemensem, ad annum 1195 vocari Cancellarium aulae Imperialis.

## §. XIV.

Sigillum Ottonis IV (\*) habes in tab. IV. fig. 21. Adhaeret id diplomati, a. 1216. dato, quod in medium adulimus p. 385. Corona est singularis. Exhibit enim ipsa fascias dependentes, longe accuratius, quam cetera sigilla. Sceptrum definit in crucem duplicem seu metropolitanam, qualem fere expressam vides in Henrici II sigillo, adlato in tab. IV. fig. 14. Ex altero latere sol imminent Imperatori; Luna bicornis seu falcata ex altero. Perigraphe habet aliquid eximi et est talis: + DEI GRATIA: OTTO: ROMANORVM IMPERATOR: ET SEMPER AVGVS IVS: Quum Philippus Anti-Caesar teneret insignia regni Germaniae; Otto IV, Orientalium Imperatorum morem secutus, magnificentiora in sigillo suo fecit singula. Corona desuper unionibus ornata: uniones subfello sunt nitori: postergale minus altum eminet unionibus supra positis. Crux est duplicita: globus cruciger gemino Aequatore cinctus. Sol et Luna notant Dominum Luneburgensem. Hoc comprobari posse, adparet ex nummo Ducum Brunsuicensium solidio, cuius antica refert turrim inter duo capita eisque subiunctum solem, cui luna bicornis est obuersa. In postica eminet crux e ramo, frondium quatuor stirpi innixo. Infra procumbit leo. (y) In hac sententia obfimor, dum sigillum MARIAE coniugis (z) respicio, cuius etiam caput sol et luna cingunt, addita epigraphe: MARIA. DEI. GRACIA. ROMANOR. IMPERATRIX. SEMP. AVGUSTA. Formula: Semper Augustus, semper Augusta, Graecis inde a saeculo II vfitata, Henrico VI et Ottoni IV adridere coepit ad maiestatem Imperatorum Graeciae adaequandam. Qui coniecant, OTTONEM signis lunae et solis respexisse ad indolem regni Christi, quod cum diuturnitate solis ac lunae comparatur Ps. LXXXIX, 37. 38. ei improbabilia non profundunt.

(u) BERNARD MONTAVCON To. II. Monument. Monarchiae Franciae p. 110. ACTA ERVD. Latina Lips. a. 1731. Nou. p. 496.

(x) CAROLVS du FRESNE in Glossar. Lat. p. 703. 704. 719.

(\*) Regium Ottonis sigillum dedit Heineccius, et ex eo Editor Heissii To. II. tab. 3. n. 24. Perigraphe: Otto Di gratia Rex. Abest sol et luna.

(y) I. G. de ECKHART in Erklärung eines alten Kleinoden-käffleins tab. III. n. 23. p. 46.

(z) HEINECCIVS de Sigillis Veterum tab. 8. num. 6. et Part. I. c. 9. §. 53. 54. p. 104. sq.

TVTIONE REGIA.  
rum, finis sua globus, decora-  
tio-  
NIVS. DI. Q. ROMANOR. REX.  
gilio adspersum summa, a capillis  
humerali dentum ei rictus. Sol  
i sigillum imperium. Ibi in eo  
er ad verum colorem. Tenuum  
ad a. 1230, confidimus coram temporis  
epigrapha est: FRIDERICVS GAI  
NST. A destra scripsit pars legi-  
carii voces: Et rex Ierusalem, 1215  
per Augustus, filius. Bellum  
Mobilium. (y) In polita confi-  
dum mundi regis vita fratre remanebat. In  
imo impensis. Perigraphe: + FRID  
AVGVSTVS ET REX SICILE. In  
omine Dux Siciliae in filio, dico  
VII tab. IX n. 1. Perigraphe est bene  
Augustus. Ad latera soli simplici  
quo estiformata, venerabile specie  
extremum; finis praeter globum  
summi, de quo super Nov-Hilden  
intendit. Perigraphe est eadem. In  
ad pecuniarum, finis utriusque in  
res deinceps, Septem superannu-  
tum:  
gibus. Veneris ad quos prefens  
am. Cum insignis magnificenz  
audiret esse preciosum maxime or-  
natum. Ut gaudet in vestimentis habita-  
et manibus natus. Veneris ad  
Ecclæsa in Hildesheim, contum-  
liberam esse credens, eam in vici-  
ones, qui debent, vobis homines pe-  
tro tempore, quo ad omnes vires  
vices permanent. Literis etiam  
mechanicis et alijs positionibus, en-  
abent refectum ei etis in omnibus  
capitatis seni in anno millesimo fide-  
li, scilicet die dominicae vel alia, que  
ad mundinas predictas etiorum ve-  
nundere voluntus defensione. Vi  
nulla permaneat, eam sigilli nostri  
recipimus obseruari. Denun ipsi  
ca defectum recognoscimus ac subfe-  
epochas christiane, monogram-  
probare vel firmiter confirmare  
desciberemus, vel pater Frid-  
erici filius. Di. gr. Romanus. Iugo-  
nus. i.e. heret iherusalem, summa  
part. Trevor. L. XVI. §. 6 p. 137.

METS PARIS p. 146.

cautato ista donec oblique vixit.

runt. Nolim tamen insitari, haec ad *MARIAM* Reginam vix quadrare. Ad annum 1210 Conradus Episcopus Spirensis dicitur *imperialis aulae Cancellarius*.

## §. XV.

Progedimur ad sigillum *WILHELMI*, Regis Romanorum ex Heineccio exhibitum in nostra *tabula V.* et *fig. 22.* (\*) Fuit is filius *Florentii*, Comitis Hollandiae, ac *Mathildis* Brabanticae, Lugduni Batavorum natus. Patrem amisit sexennis. Vir factus, duxit vxorem *Elisabetam*, filiam Ottonis Pueri, Ducis Luneburgensis, quae anno 1252 obiit, tumulata in monasterio Burghensi, si Ioanni a Leidis (a) fides est habenda. Ipse fuit in festa S. Michaëlis die, instinctu Pontificii legati, apud villam Weringhiae intra regionem Episcopatus Coloniensis, Rex Romanorum proclamatus. (b) Coronam suscepit Aquisgrani a. 1248 Kal. Nouembr. Romam non venit. A Frisia percussus interiit a. 1255. 5 Kal. Febr. Sepulcrum eius a. 1282 in Frisia proditum et corpus inde in Middelburgense coenobium fuit translatum. (c) Monogramma *Wilhelmi* habes supra p. 199. Sigillum Richardi exhibuit Gundlingius. Vide *HEISSII Histoire de l' Empire* ed. 1733. Tab. IV. n. 29. vbi numi Alphonsi et Adolphi n. 30. 32. itidem occurunt.

## §. XVI.

Vocat nos ad sese, qui funesto interregno posuit terminum, *RVDOLFVS* Habspurgicus, filius *Adelberti* seu *Alberti IV*, Comitis Habsburgi et Landgravi Alfatae, nec non *Heilwigis*, filiae *Vlrici* Comitis Kiburgiensis. Is successit anno 1240 parenti extinto in Lantgrauiatus: Comitatus demum aliquot post annis accessit, Alberto fratre extinto Comitatu: tandem honor regalis adiectus. Hisce ex causis tria diuersissima Rudolfi habemus sigilla: nempe 1) Lantgrauicum, 2) auctum, et 3) regium. Exhibuit ista *IOANNES GEORGIVS ECCARDVS* in *Originibus* familiae *Habspugo-Austriacae* in *tabula* ad pag. 83. In primo Rudolfus insidet equo frenato et adornato, galeatus per totum caput sine ornatu, dextra gladium strictum attollens, sinistra gestans scutum quod *leonem* repraesentat. Inscriptio ad oram extimam circularem sic habet: S. COMITY. RVDOLFI. DE. HABSPVRG. LANDGRAVII. ALSATIE. In secundo eadem conspicitur imago, eadem inscriptio. Sed scutum est triangulare, caput galea indutum, quae *leonem* coronatum et a tergo pennas pauorum erectas ostendit, area vero media circa equum quinque liliis seu *gladioli* floribus est obsita. Tertium sigillum exhibit etiam *Heineccius* (d) et *Weekius*. (e) Rex in eo insidet solio, dextra praferens baculum diligenter, sinistra crucigerum globum ostentans. Epigraphe: *Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus*. Alberti, Austriae Ducis, ex Rudolfi nati, sigillum regium non vidi; Ducale exhibuit *HVEBERVS*. (f) In eo exstat inscriptio: † ALBERTVS DEI GRA DVX. AVSTRIE. ET STYR. DE HABSBVRG. ET KIBVRG. COM. LANTGRAVIUS AL-SAC. Ipse adparet sedens in equo subsidente, phaleris ornato prolixis: regit sinistra frenos gestaque ea scutum triangulare: dextra effert vexillum, in cuius aplastro adparet animal, quod capite serpente, reliquo corpore et cauda, leonem refert. Caput galea est obtectum, alisque pauorum arrectis ornatum. Ad equi scapulam ac lumbos dependent scuta aequa triangularia, quae leonem visentibus offerunt. Scutum, quod sinistra sustentat, in tres areas est diuisum. Superiora sunt tessellata: media ordinem quincuncis praebent: pars inferior, in apicem concurrens, omni caret figura. Fascia, quae quicuncis ordinem heic repraesentat, olim fuerat insigne Ducum Austriae, ut ex Hueber et quidem ex tab. III. n. 5. ad a. 1231. patet, qua sigillum Friderici Ducis Austriae exhibetur. Ante hunc Fridericum Duces Austriae in scuto vel vexillo, vel in vitroque praeferebant *agilam unicipitem* vel *leonem*, quemadmodum nemo non ex signis, apud eumdem Hueberum obuiis, condoceri potest. *RVDOLFVS* pater a Principibus Electoribus a. 1272 uno ore electus et a Gregorio X Papa a. 1275 in concilio Lugdunensi, tanquam Imperator futurus, est confirmatus. (g) In *CHRONICO Claustroneobur-*

genf.

(\*) Sigillum eiusdem, in quo perigraphie est integra, exhibuit *GUNDLINGIVS* in *Vita Wilhelmi*. Vide *HEISSII Histoire de l' Empire* ed. 1733. To. II. tab. 4. n. 28.

(a) Lib. XXIII. c. 31.

(b) *IOANNES A LEIDIS* L. XXIII. c. 5. 9.

(c) *IDEM* L. XXIV. c. 13.

(d) *Tab. IX.* n. 4. et *P.I.* c. 9. §. 61. p. 108.

(e) *Part. II. Chron. Dresden.* tit. I. p. 160.

(f) In *Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata* Tab. VI. n. 13. ad annum 1286. Nummum Alberti Strada exhibuit, sigillo similem. Videatur liber *HEISSII* To. II. tab. 4. n. 33.

(g) *CHRONICON Anonymi Leobensis* L. II. p. 838, *ANONYMI Zwettensis Chronicon* p. 986.

genf. (b) annis a. 127  
plomatis regis vifus  
rum ex privilegio Rud  
wardi confirmato dedi  
scriptio enim sicut habet  
in miftri IV., RV.  
comitatu vocatus,  
Imperatore  
tamen vifus est in  
nullis substitutu  
Richardi, Ducis Ca  
linipius haud adeo  
electum elegerunt  
manum et diploma  
*HERICVS* Pulcher a no  
1242 die Lucae Eu  
kal Ombr. in pratis  
ter *Hueber* in *Austria*  
regum in tab. X. n. 3.  
*GRACIA ROMANOR*  
ad heum respicientem  
conficitur. Mentum e  
studi finuosa: pedes i

*HENRICVS*, Com  
ter Reges Romanorum /  
veniens natus, Franco  
fama obtinuit Aquisgra  
tundem anno 1312. 29 J  
sepultus fuit. Genus e  
*KOELEERV* in familia  
Altorfii a. 1722. 4. Si  
plici vifus est Henricus,  
cauit annum regni sui se  
rius anter regiam digni  
dati. Perigraphie: Sig  
nus, et cum stricto enfe  
in singulis leo adparet ei  
tune fuit Ducum et Cor  
poi Dukes iam *leopardos*  
inscriptis comprobant *Le  
opards* ex Anglia aux  
uctores, partum Frideri  
legem Romanorum eleg  
erunt *Philibertus Hueberus*  
*ONICUS DEI GRATI*  
tago fuit Ludouicum co  
d. Solum haud adparet.  
ne cruce. Vtrimeque rofti

Ad a. 1273. p. 466.  
In *Civitate Hildesensis* aje  
*ANONYMVS* coenobita Zve  
*PITVS ARENPECK* in *Chron  
icarum Anhaltinae* p. IV. c  
*L. Munch.*  
*PITVS ARENPECK* l. c. p. 12  
Imperatorium produxit Ven  
ad To. II. tab. V. fig. 34, ed.

genſi (h) annus a. 1273 electioni adſignatur. Qua potiſſimum epocha Rudolfus in diplomaticis regiis vſus fit, pronuntient alii, quibus diplomata ipſa ſunt ad manus. Quantum ex priuilegio Rudolfi conſtat, quod Ottoni I Epifcopo Hildesheimensi ſuper gograuiatu confirmato dedit a. 1277; (\*) epocha regni ab anno 1274 eſt exordienda. Subscriptio enim ſic habet: "Datum Wienne. XI. Kal. Jun. Indict. V. Anno Domini M. CC. LXXVII regni noſtri IV.., RVDOLFVS obiit a. 1289 Spiraeque fuit ſepultus. (i) OTHOCARVS, ad comitia vocatus, venire renuit, ſuos inter iactitans, pluris eſſe Bohemiae Regem, quam Romanum Imperatorem. (k) Quare ſeſe quidem non vocauit Regem Romanorum; imagine tamen vſus eſt in ſigillis, ad formam Imperatorum conformata. Mortuo Rudolfo a nonnullis ſubstitutus eſt ALBERTVS, Rudolfi filius, maritus Elisabethae, filiae Meinhardi, Ducis Carinthiae, quae XIX liberos peperit. Albertus periiit a. 1308. Sigillum ipſius haud adeo a figillo patris discrepat. Alii ADOLFVM, Nassouiae Comitem, contra eum elegerunt Romanorum Regem, cuius ſigillum dedit BECMANNVS, (l) licet annum et diploma, cui adhaeſit, omiferit. Ex gente Aufriaca paullo post FRIDERICVS Pulcher a nonnullis electus et Ludouico Bauaro in comitiis Francofurtanis a. 1314 in die Lucae Euangeliſtae (m) oppofitus eſt. At a. 1322 ab aemulo victus eſt ad 4 Kal. Octobr. in pratis Emphingen prope Muſeldorf in Bauaria. Sigilla eius repreſentat Hueberus in Austria ex Archivo Mellicenſi illuſtrata, tum Ducale in tab. IX. n. 5. tum regium in tab. X. n. 3. ad a. 1316. In altero vides perigraphen: † FRIDERICVS DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AVGSTVS. Imago ſiftit Regem in folio ad laeuiam reſpicientem, in cuius dextra baculus liiger, in finiſtra globus cruciger, confiſcitur. Mentum eſt imberbe: pallium ad humeros reuolutum: toga ad pedes deſcendit ſinuosa: pedes impoſiti ſunt cani procumbenti.

## §. XVII.

HENRICVS, Comes Lucemburgenſis, tertius, inter Reges Germaniae octauus, inter Reges Romanorum septimus, inter Imperatores sextus, ex Henrico II et Beatrice Avennenſi natus, Francofurti a. 1308. 27 Nou. electus eſt in Regem Romanorum. Dia dema obtinuit Aquisgrani a. 1309. 6 Jan. Mediolani porro anno 1311. 6 Jan. Romae tandem anno 1312. 29 Junii. Veneno interiit Bonconuenti a. 1313. 24 Aug. Pifisque ſepultus fuit. Genus et vxores ipſius ex professo pertractauit IOANNES DAVIDES KOELERV in familiā Augusta Lucemburgenſi ex monumentis fide dignis demonſtrata, edita Altorfia a. 1722. 4. Sigilla Henrici regia et Imperatoria (\*\*) paſſim latent. Epochā tripli ci vſus eſt Henricus, coepa a triplici diademati ſuſceptione. Annū 1310 ipſe vo cauit annū regni ſui ſecundū ac iam tum adhibuit ſigillum maiestatis. Sigillum, quo Hen ricus ante regiam dignitatē vſus eſt, KOELERV adtulit in fronte libelli iamiam laudati. Perigrapha: Sigillum. Henrici. Comitis de Lucemburc. Equus, cui ipſe galeatus, et cum ſtricto enſe procurrens quaſi, infidet, quinque ſcutis eſt grauatus, quorum in ſingulis leo adparet erectus. Leo enim ante finem ſaeculi XII propemodum commune fuit Ducum et Comitum Germaniae inſigne. Prouoco ad ſigilla ſingula. Billungici Duces iam leopardos adhibuerunt, vti ex Plenariis et Bibliis latinis in eorum gratiam conſcriptis comprobant Luneburgenses. Falsum eſt proinde, Henricum Leonem dictos leopardos ex Anglia auexisse pro nouo honoris inſigni. Occiso Henrico Lucemburgico, Electores, partim Fridericum Aufriacum, partim LUDOVICVM, Ducem Bauariae, in Regem Romanorum elegerunt. Ludouici ſigillum vel potius bullam ad annū 1347 protulit Philibertus Hueberus tab. XV. n. 17. In antica legimus hanc perigraphen: † LUDOVICUS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGSTVS. Imago ſiftit Ludouicum coronatum, pallio indutum, quod ad ſumma pectoris clauſum eſt. Solium haud adparet. Dextra praefert baculum inſtar tridentis; finiſtra globum ſine cruce. Vtrime roſtris ad aegem conuerſis, adſtant aliis expaſtis aquilae. Pedes

Ff ff ff ff

Im-

(h) Ad a. 1273 p. 466.

(\*) In Ciuitatis Hildesheimiſis aſſertione liberatis p. 127. LVNIG ſpicileg. ecclſ. P. II. p. 258.

(i) ANONTMVS coenobita Zinzelensis ad a. 1289. p. 988. To. I. P. c. ii.

(k) VITVS ARENPECK in Chronico Aufriaco p. 1224.

(l) Historiae Anhaltinae P. IV. c. 3. ad p. 518. Tab. II. n. 6. Diplomatis ad a. 1296, habes p. 779. To. L. Menck.

(m) VITVS ARENPECK l. c. p. 1237. ANONTMVS Leobeniſis Chron. L. IV. p. 911.

(\*\*) Imperatiuum produxit Ven. Meichelbeckius, et ex eo editor libri: Histoire de l'Empire par M. Heiß, ad To. II. tab. V. fig. 34, ed. 1733. 8. a Amsterdam chez les Wetſteins et Smith.

Imperatoris conculcans cervices procumbentium molosorum. In postica seu contra-sigillo *aquila uniceps*, rostro aperto insignis alasque explicanti similis, aream explet, cui in ora extima addita est inscriptio: *† IVSTE IVDICATE FILII HOMINVM.* (n) Henricus Lucelburgicus, admodum iuuenis, duxerat Margaretam, Ducis Brabantiae filiam, et ex ea procreauerat *Iohannem*, Regem Bohemiae et Poloniae, natum a. 1298 ac diadematredimitum a. 1311. 5 Febr. atque percussum in clade Gallorum Cressiaca anno 1346. 27 Aug. Hic rursus ex *Elisabetha*, filia Wenceslai IV Regis Bohemiae, genuit CAROLVM IV a. 1316. pridie Idus Maii Pragae, Marchionem Moraviae ex declaratione patris: (o) Carolus obiit a. 1378. 3 Kal. Dec. Sponsam sibi destinauerat Margaretam, cognomento *Blancam*, Philippi Galliarum Regis sororem. Vxorem duxit *Annam*, filiam Rudolfi Comitis Palatini ad Rhenum, ex qua a. 1351 Wenceslaus in lucem (p) editus. *Chronicon vero Noribergense et scriptores Silesii matrem Wenceslai ex Duce Schweidnicensi editam referunt.* Haec etiam *Anna* fuit dicta, sed quarta deum Caroli coniunx. Carolus (\*) adhibuit sigilla aurea et cerea. Aureum exhibuit HEINECCIVS tab. I. n. 6. In antica insidet Imperator gemino puluino, quod subsellio instratum. Coronae est in apice circulus. In scuto ad dextram, quae sceptrum bis ligerum offert, aquila exstat *uniceps*; in scuto ad sinistram leo stat erectus et is quidem caudae bifurcate. Sinistra sustinet globum crucigerum. Perigrapha: *† Karolus quartus diuina fauente clementia Romanor. Imperator semper Augustus.* Intrinsecus haec sunt addita: *Et Boëmie Rex.* In postica occurrit castrum, in cuius aditu fere oculis verba ingerunt: *Aurea Roma.* Perigrapha: *Roma caput mundi regit orbis frenarotundi.* Sigillum eiusdem cereum percussum dedimus tab. V. n. 23. Coronae pars superior est infula praesulum ecclesiasticorum. Horum enim fauore diadema imperiale et luera maxima perceperat. Scuta vtrimeque tenentur rostris aquilarum. In contrasigillo minori vides imitationem sigilli, quod Ludouicus Bauarus adhibuit. WENCESLAI sigillum adfertur a I. C. BECMANNO, (q) idque vix a Sigillo patris, excepto nomine, discrepat. SIGISMVNDS, Wenceslai frater, ex *Elisabeta* et Carolo IV natus a. 1368, (r) insignem vbique industriam exhibuit; gloriam et fortunam longe minorem. Ipse Marchionatum ac Electoratum obtinuit Brandenburgicum a. 1373: regnum Hungariae natus a. 1386: Imperatoria dignitate per electionem ornatus a. 1410. 20. Sept. coronatus Aquisgrani a. 1414. 8 Nou. ac Romae a. 1434. Frater ipsius Wenceslaus, imperatoria dignitate a. 1400. 20 Aug. exutus, obierat a. 1419. 16 Aug. Cui ipse in regno Bohemiae successit a. 1420. Ad ultimum humanis rebus Sigismundus valedixit a. 1437. 8 Dec. Znoimae; ac tumulatus est (\*\*) Waradini. Vxori priori nomen fuit *Mariae*. Ipsa fuit filia et heres Ludouici, Regis Hungariae ac Poloniae, defuncta a. 1392 ac sepulta Waradini. Posterior vxor fuit libidinosa illa *Barbara*, filia Hermanni, Comitis Ciliae, quae ad 11 Jul. a. 1451 decepsit, Pragae ad S. Viti sepulta. Sigismundi sigilla sunt varia, tum minora, tum maiestatica: tum regia, tum imperatoria. Ad manus est regium minus, quod vides ad latum in tab. VIII. fig. 33. Angelus alis expansis prospectat e parte superiori ac adprehensas tenet duas vnicipitis aquilae explicatas alas. Perigrapha: *Sigismundus. dei. gra. romanorum. rex. semp. augustus. ac hungarie. etc. rex.*, Sigillum eius maiestaticum percussum descripsit Freherus. (s) In antica adscriptum habes syrma verborum: *Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie Galicie Lodomerie Commie Bulgarieque Rex ac Lucemburgensis heres.* In auersa parte conspicitur aquila, cui verlus hi sunt adiecti:

Aquila

(n) Ludouici Bauari sigillum regium exhibet BECMANNVS Hist. Anhalt. P. IV. c. 3. ad p. 518. Tab. III. n. 1. et imperiorum *ibidem* n. 2.

(o) CAROLVS IV in Vita sua p. 89.

(p) ALBERTVS Argentinenis p. 155.

(\*) Ante Carolum IV regnauit, tempore quamvis brevissimo, GVNTHERVS Comes Schwarzburgicus. Sigillum eius regium adhuc dedit nemo. Nec tamen de eo videtur desperandum. Nam Diplomata eius regium, in quo fere vo. at Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum, a. 1349. Fridebergae 4. Kal. Apr. regni anno primo datum, occurrit inter Diplomata Oldeslebensia p. 643 sq. 783 sq. To. I. Men. kenui scriptorum de rebus Germ.

(q) Histor. Anhalt. P. IV. c. 3. ad p. 518. Tab. III. n. 5.

(r) BALBINVS L. III. c. 21. p. 375.

(\*\*) TVROCIVS in Chron. Hungar. P. III. c. 24.

(s) Ad PETRVM de ANDLO p. 585. Confer BECMANNI Hist. Anhalt. P. IV. c. 3. ad p. 518. Tab. IV. n. 1.

Aquilarum  
gemadmodum loha  
erudit. Hic ei  
plum vero, in capi  
mata fama. Si aut  
in imagine profectio  
embryonia esse redi  
ent, quia tribus ipl  
torvillis primaris  
Iaphrimo bos vel v  
Galon. Aegyptii vo  
sa quadratis adhaer  
tilium redacta et vtr  
losum erant symbol  
hoc intelligentur, q  
mact, Regium Sig  
celli, qui vnicam eu  
Duces Austriæ quintus  
Marchio a. 1423, ac Re  
tandem a. 1438. 20 Ma  
extinctus sit. Sepultu  
bit a. 1441. 20 Dec.  
celis a. 1436. 16 Febr.  
fiae et Landgravius Th  
legi Poloniae, nupsit  
Bohemiaeque et Dux  
Iam Alberti vidi nul  
ferre.

RUPERTI, Pal  
ctus succedit Wences  
folio coronatus. Vtr  
stro ostentantur insigni  
runt. Infra subsellium  
ibi non metuebat Prin  
pertum exceptit IODOC  
W, natus a. 1351, Mar  
imperatore tandem  
ian. Sigillum ipsius nu

FRIDERICI III sigill  
um notat, tamque Mar  
titatus indubie morem Pi  
mentantur scutis in orbe  
undo adsequi tentau  
rem abilio. Sigilla et b  
tate. Complura monet i  
Nobis licebit esse br  
vitas in tab. II. n. 2. In ar

FRESNE legit sponte, FRE  
R. BECHAL existimat, aquil  
sol. 200. col. 2.

Part. II. Chron. Dresd. tit. XI.

Aquila Ezechielis  
 Sponte (t) missa est de celis  
 Volat ipsa sine meta  
 Quo nec ales nec propheta  
 Euolauit altius.

Adluditur ad aquilam, Imperii Romani imaginem, eo quod ipsa eminere existimatur, quemadmodum Iohannes Evangelista inter Prophetas, Evangelistas et Apostolos, eminere dicitur. Hic enim a roboranda Christi diuinitate euangelium suum orditur. Aquilam vero, in capite primo Ezechielis commemoratam, denotare Iohannem, vetusta est fama. Si autem verum fateri licet, in capite illo significatur populus Israëliticus sub imagine perfectionis per Arabiam olim factae, ut propheta intelligeret, Israëlem ex Babylonie esse redditum. Rotae patent ex figura castrorum. Anima et oculi rotis inerant, quia tribus ipsae formabant effigiem rotarum. Quatuor animalia erant in quatuor vexillis primariis conspicua. Iudee erat leo : Dani homo : Ifaschari (\*) aquila : Ephraimo bos vel vitulus. Animalia haec sunt validissima ideoque dicuntur Crubim. Aegyptii vocabant exinde vexilla ipsa quadrangularia κυρβεις. Vexillis ligneis ac quadratis adhaerebant aliae lineae seu aplustria. Quatuor ista animalia in unum vexillum redacta et vtrimeque conlocata erant supra arcum foederis. Animalia haec validissima erant symbola angelorum, qui tuabantur et defendebant pios Israëlitas. Ni haec intelligentur, quae alibi fusius edisserui, multa Apocalypseos pars in obscurum remaneat. Regium Sigismundi sigillum describit Antonius Weckius. (u) Sigismundo successit, qui unicum eius filium Elisabetham in uxorem duxit a. 1422, ALBERTVS, inter Duces Austriae quintus, inter Reges Romanorum secundus. Ipse iam siebat Morauiae Marchio a. 1423, ac Rex Hungariae ad 1 Ian. Bohemiae vero ad 29 Jun. et Imperator tandem a. 1438. 20 Mart. Dolendum est, quod immatura morte a. 1439. 27 Octobris extinctus sit. Sepultus est in Alba Regali, ubi uxor prope eum quoque humata, quae obiit a. 1442. 20 Dec. Ex hoc matrimonio suscepti ac procreatis sunt: Georgius, qui decessit a. 1436. 16 Febr: Anna, quae a. 1446 Wilhelmo Duci Saxonie, Marchioni Miniae et Landgravi Thuringiae nupsit: Elisabetha, quae a. 1454. 10 Febr. Casimiro III, Regi Poloniae, nupsit: ac Ladislaus Posthumus, natus a. 1440. 22 Febr. Rex Hungariae, Bohemiaeque et Dux Austriae, qui rebus humanis erexit a. 1457. 23 Nov. Sigillum Alberti vidi nullum. Suspicor tamen, id non magnopere a Sigismundis differre.

## §. XVIII.

RUPERTI, Palatini Comitis ad Rhenum, qui a. 1400 in Regem Romanorum electus successit Wenceslao, sigillum ostenditur in tab. VIII. fig. 32. Rex pro more insidet folio coronatus. Vtrimeque leones sustentant scuta. Dextro praefertur aquila; sinistro ostentantur insignia Bauarica seu Palatina, quae ad nostram usque aetatem duraerant. Infra subsellium vides ouem vel agnum, loco canum. Ab obtrectatoribus enim sibi non metuebat Princeps mansuetus et placidus, Musarum amor, orbis decus. Ruppertum exceptit IODOCVS, filius Iohannis Heinrici, Comitis Morauiae, fratri Caroli IV, natus a. 1351, Marchionatum Morauiae adeptus a. 1375 et Brandenburgicum a. 1388. In Imperatorem tandem fuit electus a. 1410. 19 Sept. Sed paullo post expiravit a. 1411. 8 Ian. Sigillum ipsius nullum vidi.

## §. XIX.

FRIDERICI III sigillum nostrum habes in tab. VIII. fig. 34. Aquila uniceps imperium notat, camque Marus quondam vexillo primario legionum Romanarum intulit, imitatus indubie morem Ptolemaeorum. Possessiones terrarum vel ius in eas quae situm denotantur scutis in orbem circumpositis. Perigraphen legere non potui. Partem dividuando adsequi tentavi. Sed, si alia sigilla eiusdem Caesaris inspicio, conjecturam meam abiicio. Sigilla et bullas Friderici euulgauit Kulpitus in noua Aeneae Sylvi editione. Complura monet Heinecius in syntagmate de sigillis veterum P. l. c. 9. §. 66. p. 109. sqq. Nobis licebit esse brevioribus. Bullam Friderici auream idem repreäsentat Heinecius in tab. II. n. 2. In antica occurrit Imperator corona tribusque infulis crucigeris

F1 ff ff ff 2

re-

(t) FRESNE legit sponte, FREHERVS spose.

(\*) R. BECHAI existimat, aquilam fuisse vexillum tribus Dan. Vide Commentarius eius in Pentateuchum fol. 222. col. 2.

(u) Part. II. Chron. Dresd. tit. XI. p. 180.

redimitus, imberbis, capillo fluenti, amictus chlamyde seu pallio, cuius limbi rosis pentaphyllis conspersi. Dextra gestat sceptrum ter liligerum. Sinistra tenet globum crucigerum imperiale, genu eius impositum. A dextra fides scutum superius, aquila bicipiti instructum: et inferius, quod ostentat in medio fasciam horizontalem, insigne Ducatus Austriae; et a sinistra etiam duo scuta sunt conspicua. In superiori erectus consistit leo; in inferiori spectatur aquila vniceps. Perigraphe est huiusmodi: *Fridericus: Dei gra: Roman9: Iprati et semper Augst: Austriae: Stirie: Karinthie et A. E. I. O. V.* Circa medium vides in circulo scriptum: † Carniole Dux † Comes Tiroli. In postica conspicitur aula et in aditu litterae: AVREA ROMA. Ad apicem turris supremæ et mediae sunt adiectae litterae: A. E. I. O. V. Perigraphe: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi*. Sigillum repercutsum cereum huius Friderici saepius occurrit. In antica exhibetur Imperator throno insidens, insignibus prouinciarum Austriacarum per orbem dispositis, cum inscriptione: *Sigillum maiestat*. Friderici Dei gra Romanorum Imperatoris semper Augusti Dux Austriae Karinthie et Carniole Comitisque Tiroli etc. Infra: qui natus est in die Mathei. Apostl. MCCCCXV. In postica obvia est aquila biceps cum symbolo consueto: A. E. I. O. V. et versiculis, a Sigismundo iam adhibitis: *Aquila Ezechie lis* - - Versiculos hosce legere nemo amplius potuit in sigillo, quod exhibit Hueberus tab. XXVI. n. 4. ad a. 1448. Memoratu dignum, in hoc abesse aquilam bicipitem. Ad pedes sedentis Imperatoris potius conspicitur mixta ex tribus capitibus humanis effigies. *Austriae insigne*, constans ex fascia, medium scutum horizontaliter bisecante, Hueberus adfert ad a. 1231. tab. III. n. 5. ad annos 1256. 1264. 1269. 1305. 1311. 1313. etc. *Stiriae insigne*, quod gryphem haud alatum, seu taurum, (Stier,) ut alii videtur, repraesentat, occurrit apud eundem ad annos 1217. 1256. 1264. 1269. 1286. 1305. etc. Carniolae et Tiroli insignia dudum fuerunt aquilae. *JACOBVS VNRESTVS* in Chronico Carinthiaco p. 485. Carinthiae insignia perhibet constare tribus leonibus nigris. De reliquis insignibus, in Friderici III. Sigillo obuiis, aliquantulum sum dubius, quoniam ea postea in desuetudinem abierunt, et Imperator in plerisque obscuritatem adfectauit. Ezechiel c. XVII. v. 1. 2. 3. 7. videtur binis aquilis deligendis suppeditasse occasionem. Hunc enim locum, qui de Regibus duobus Aegypti et Babyloniae agit, iam Petrus de Vineis L. III. ep. 44. p. 451. de Imperatore Friderico II exposuit. Originem geminatae aquilae *Ioannes Petrus de Ludewig* deducit ex insignibus Brandenburgicis. Pondere tamen suo non parent, quae a Cel. et Illustri Consiliario aulico G. S. Treuero circa eam sententiam fuerunt admonita. Simplicissima opinio est eorum, qui originem duplicitis aquilae capitum ex more, apud Graecos iam antea satis trito, deriuant. (x) Siquid ius in Constantinopolitanum Imperium sibi adrogasset Imperator signo aquilae bicipitis, quae plurimis adrisit opinio; certe ipse illud haud adhibuisset ante eius excidium. Litterae A. E. I. O. V. Fridericus ipse sic explicauit:

*Austriae est imperare orbi uniuerso.*

*Alles Erdreich ist Oesterreich unterthan.*

Fidem facit Petrus Lambecius ex commentariis Friderici manuscriptis diurnis. (y) Impleat Deus porro tantum augurium!

#### S. XX.

*MAXIMILIANVS* I aquilam una cum posteris continuauit bicipitem, regnumque Burgundiae addidit cum ordine velleris aurei, a Philippo Bono, suo Mariae, coniugis Maximiliani, fundato Brugis Flandriae a. 1430. 10 Jan. in memoriam patris Iohannis Intrepidi, a Turcis a. 1396 ad Nicopolis capti in praelio et in Colchidem deportati. (z) *CAROLVS QVINTVS* adiunxit insignia Hispanica, quae castellis distinguuntur. Tab. IX. fig. 35. *MAXIMILIANI* II sigillum adulii in tab. VI. fig. 26. Ab hoc non admodum discrepant sigilla successorum ipsius longe gloriosissimorum. Nitidissimum et arte elaboratum accuratissima sigillum inuictissimi potentissimique Imperatoris Augusti CAROLI SEXTI, cui Deus perpetuo benedicat, protraxi in tab. IX. fig. 36. Insignia quoque regni Hispanici et ordinis, quem aurei velleris vocant, in eo conspicitur. Ut vero, quantum ad insignia ordinis illius adtinet, constet, diuersitatis rationem Caesar et Rex Hispaniarum inierunt. (aa) Singulare est potentiae supremæ indicium aquila. De Ba-

(x) *Carolus du FRESNE* in Diff. de Inferioris aeui numismatibus §. II. p. 9.

(y) *TENZELIVS* in monatl. Unterredungen a. 1694. p. 91.

(z) *IMHOFF* in Notitia procerum Imperii L. I. c. 6. p. 5. Ed. 3t.

(aa) *IX Eröffnung des Welt- und Staats-Theatri* a. 1725. 8.

Babylonis et Aegypti  
terum locis. De  
Friderico III usque a  
tra momenta Caeſar  
ianum, quam qu  
gibus habet comp

De bu

§. I. Discrim  
§. II. Charact  
§. III. De bulla  
§. IV. De Rom  
§. V. De anni  
§. VI. De imagi

*LUDOLFVS OTTO*  
firmationes, a Pon  
trium generum. Ad pa  
laria apostolica. Haec  
appellatione bullae insigni  
hunc subsignari aliquan  
tas in ora adpareat ad  
hunc est nomen Ponti  
singulare priuilegia  
modi est subnotatum  
valete. Haec salutatio  
grammati. Bullis pl  
adfirmet *Mabillonius*,  
quibus Papa rescribit:  
imprimitur annulus piso  
rescripta Pontificis pri  
uicia,

De materia litterar  
manus, Pontifices vi  
le vtraque ex Montefal  
tuteriam litteris bullatis  
egypti, et chartam bon  
tridimus. Pergamena me  
nt, ad cuius Regem Ptole  
mationis antiquioris em  
linius. Corium a mem  
bra pelle, vnde pili fuerat  
a. Charta papiracea conse  
tac pannulum differeba  
ta, membrana erat tenu  
ta. Charta autem fiebat  
quam stamine. Hisce su

*XENOPHON* L. VII. Paed. C  
De re diplomatica L. II. c. 24.  
Lib. 52. de legat. 3.

## DISS. VII. DE TUITIONE REGIA.

1511

Babylonis et Aegyptiis antiquioribus gestamen hocce coniicimus ex variis sacrarum litterarum locis. De Persis (bb) et Ptolemaeis non est vnum dubium. Quod autem a Friderico III usque ad praesentem aetatem natales et uxores et dies emortuales ac certa momenta Caesarum minus solicite notauerimus, id ex notitia vniuersali est deriuandum, quam quisque nunc temporis de familia augustissima Austriaca eiusque insignibus habet compertam.

## CAPUT VII.

## Sect. II.

## De bullis ac sigillis Pontificum Romanorum.

- §. I. *Discrimen inter bullas, brevia, et rescripta priuata.*
- §. II. *Characteres grammatici et chronologici bullarum, ac materia.*
- §. III. *De bullarum plumbearum imaginibus.*
- §. IV. *De Roma aurea.*
- §. V. *De annulo piscatoris.*
- §. VI. *De imaginibus Ioannae Papissae.*

## §. I.

**L**UDOLFVS, OTTONES reliquique Caesares coniunxerunt cum tuitione regia confirmationes, a Pontificibus Romanis profetas. Rescripta autem Pontificum sunt trium generum. Ad primum rescripta sunt referenda, data ex dicasterio seu cancellaria apostolica. Haec dicimus *bullas*, ab adhaerente lamina circulari plumbea, quam appellatione *bullae* insignire consuevimus. Rectius ea dicimus *litteras bullatas*. Solent hisce subsignari aliquando imagines monogrammatum circulares quadripartitae, circa quas in ora adparet adscriptum e sacris litteris dictum quoddam; in medio autem possum est nomen Pontificis seu itidem sententia sacri codicis. Litteris bullatis, quae singularia priuilegia seu priuilegiorum confirmationes complectuntur, signum eiusmodi est subnotatum, cum monogrammate alio, quod significat hasce voces: *Bene valete*. Haec salutatio fuit saeculo IX et X recepta, eamque LEO IX rededit in monogrammata. Bullis plumbeis non semper sunt impressae Petri et Pauli imagines, licet id adfirmet Mabillonius. (a) Secundi generis sunt *brevia i. e. breve*, litterae obsignatae, in quibus Papa rescritbit ad alios de rebus ecclesiasticis nomine publico et Papali. Hisce imprimitur *annulus piscatoris*, de quo speciatim in §. 5. differemus. Terti generis sunt rescripta Pontificis priuata, quibus adponuntur vel adpenduntur gentilia eiusdem insignia.

## §. II.

De materia litterarum bullatarum, scriptura et notis chronologicis, pauca sunt ad manus. Pontifices vsi sunt saeculo adhuc undecimo bombycina materia et papiri. De utraque ex Montefalconio supra fuit dictum in Diff. III. p. 595. Inuenio, triplicem materiam litteris bullatis inseruisse, membranam seu pellem Pergamenam, papirum Aegypti, et chartam bombycinam. Pellibus pro chartis vsi sunt lones, si Herodoto credimus. Pergamenae membranae nomen a Pergamo, vrbe Asiae minoris, traxerunt, ad cuius Regem Ptolomeum inuentio ipsa referri solet, quam tamen nonnisi per inuentionis antiquioris emendationem exponunt Guilandinus, Montfalconius ac Mabillonius. Corium a membrana distinxit Vlpianus. (b) Membrana enim facta fuit ex ouina pelle, vnde pili fuerant abrasi. Praeter hanc pellem vero plura alia dantur coria. Charta papiracea confecta fuit ex membranis papiri herbae ad Nilum crescentis. Ab hac paullulum differebat cortex. Cortex enim, seu philyra, in scripturae usum adhibita, membrana erat tenuissima, inter lignum et exteriorem arboris corticem interiecta. Charta autem fiebat ex philyris papiri, in tabula extensis, glutino perspersis, tanquam stamine. Hisce superimponebantur philyrae ad modum cratis ex transuerso

Ff ff ff ff 3

ad

(bb) XENOPHON L. VII. Paed. Cyri p. 163.

(a) De re diplomatica L. II. c. 24. §. 8. p. 186.

(b) Lib. 52. de legat. 3.

ad angulos rectos. Tandem malleo effecerunt tenuationem, glutem insperserunt, constricta erugarunt, et malleo extenderunt. Tantus labor in parando cortice non est impensis. (c) Chartae papiraceae vsus fuit perquam vulgaris per Italiam, Galliam, Hispaniam, Angliam et Germaniam. (d) Septemtrionales populi quoque *fagino* cortice et fraxineo vtebantur, vti ex Venantio Fortunato ostendit Mabillonius. Ex *fago* i. e. *büche* exstittit vox *buch*, *boekie*. Vsus chartae papiracae ad saeculum vsque duodecimum fuit notissimus. Martinus Papa, qui saeculo septimo claruit, ad Amandum misit exemplar in *papireis schedis*. Wilfridus senior, Episcopus Eboracensis, Roma detulit saeculo decimo *bullatas signato cortice chartas*. Bombycinam chartam omisit Mabillonius, quae omnino litteris bullatis nonnunquam inferuit conscribendis: parique ratione dicta est *papyrus*. Bullatae litterae Agapeti II, Johannis XIII et Victoris II olim fuerunt papiro inscriptae, et, quum vetustate consumerentur, iussu Innocentii III renouatae sunt, ac denuo insertae nouo Pontificis eiusdem rescripto. (e) Johannis VIII priuilegium pro monasterio Tornutensi a. 876. die Id. Oct. ex autographo, in *philyra scripto*, edidit CHIFFLETIVS et ex eo LABBEVS Concil. To. IX. p. 241. Edidi illas Agapeti II et Johannis XIII Bullas. Victoris II. bulla dudum apud nos periit. Everhardus Presbyter, eam a Sophia obtentam fuisse, pronuntiavit. Sed naeuus subest chronologicus. Victor enim secundus anno demum 1054 fuit in Papam consecratus. Quare ad Adelhebam II indubie litterae Victoris bullatae pertinuerunt. Roma tenet innouationes horum priuilegiorum, quorum partem Mabillonius ex bibliotheca Carnutensi, vbi adseruatur vetus collectio diplomatum papalium, edidit. AGAPITI priuilegium hoc modo est renouatum: Priuilegium bone memorie Agapiti Pape predecessoris nostri fecimus inspici diligenter, cuius tenor talis est: AGAPITVS - - - Nos igitur tenorem eiusdem priuilegiit, quasi iam nimia vetustate consumti, quum fuerit non in pergamente, sed IN PAPYRO conscriptum, describi fecimus, et transcripto huiusmodi bullam nostram apponi, volentes ex hoc nouum ius monasterio non acquiri predicto, sed antiquum, siquod habet, solummodo conseruari. Periit apud nos hoc exemplum recognitum. VICTORIS priuilegium renouatum est hisce verbis: Sane cum priuilegium bone memorie Victoris Pape predecessoris nostri IN PAPYRO conscriptum nobis ostensum innouari propter vetustatis dispendum postulares, ita quod eamdem firmitatem cum exemplari habeat exemplatum; nos ne propter nimiam eius vetustatem ius ecclesie tue contingere deperire, tam eodem priuilegio et bulla eius, quam publico instrumento, quod etiam plane tenorem illius continens veluti fideliter sumtum ex ipso exhibitor fidem fecit, diligenter inspectis, de consilio fratrum nostrorum priuilegium ipsum duximus innouandum, parem auctoritatem innouato cum originali priuilegio tribuentes, quod est tale: VICTOR Episcopus - - usque in finem. Decernimus erga - - Doleo iacturam bullae ipsius. Durant alias ea satis, quae in papiro sunt scripta. (f) At, ob crebra incendia et turbas, priuilegia in papiro exarata saepius Gandershami fuerunt trita et contrectata, in primis priuilegia Agapeti et Johannis, praesidente Sophia prima. PEREGRINVS ANTONIVS ORLANDVS, Carmelita Bononiensis, in *Origine e Progressi della Stampa* p. 220. inuentionem chartae ad saeculum octauum refert, quo Euystathius Commentarios suos in Homerum chartae inscrisissi feratur, additque, Genevae adhuc chartaceum Homeri codicem ostendi, qui ante annum 800 conscriptus sit. (\*) In litteris Pontificum bullatis passim nota est triplex indicio, *Remana*, *Graeca* seu Constantinopolitana, et *Caesarea*. Prima coepit a Kalendis Januarii: secunda a Kalendis Septembribus: tercua ab Octobribus. Vsus earum dependebat a scriptoris arbitrio. Si Mabillonio est fides, in epistola Johannis VIII iam (g) adhibetur formula: *Salutem et apostolicam benedictionem*. PAGIVS, qui hanc in rem magis sollicite inquisiuit, ad annum Christi 1049. n. 15. ita: A Pelagio II, quem primum in suis litteris Indictiones usurpasse, suo loco obseruauit, nullum mihi Pontificium diploma occurrit, in quo Indictio a Septembri non deducatur, saltem ad saeculum XIII. Iohannem XIII, sic computasse Indictionem et quidem in litteris bullatis, Gander-

(c) PLINIVS H. N. L. XIII. c. 12. GUILANDINVS in *Comment.* ad h. l. MABILLONIVS de re diplomatica L. I. c. 8. §. 4. 5. p. 33.

(d) MABILLONIVS l. c. §. 7. 8. 9. p. 34. 35.

(e) MABILLONIVS l. c. §. 14. p. 37. sq.

(f) PLINIVS H. N. L. XIII. c. 11.

(\*) ACTA ERUD. LATINA a. 1724. M. Mart. p. 102. sq.

(g) MABILLON in *Annal. Benedictin.* in *Append. ad To. III.* p. 683. Quare errat idem, quum originem formulæ demum saeculo XI. adtribuit, de re diplomatica L. H. c. 2. §. 20. p. 68.

dershemensi mona  
per seipsum, in bu  
bullis momenti ma  
Indictionem. In N  
num adhibuisse.  
tre saeculum septim  
pla constanter fuit  
nam Dei, ad fastum  
relatione perpetuo  
Pontifices ipsi ad s  
longobardicam, ne  
sem characteres c  
am soi, tum ab i  
Gelarum iunctis, i  
imperio, Pontifices  
umatio natuitatem  
cuppe Pisani compi  
nabilitatis haud diffe  
Constant post consular  
incarnatione Iesu dec  
cium, arbitratur M  
messi lib. epocha C  
SCHANNATIVM tab.  
Johannes VIII sece ad  
se cognominarunt.  
functo Carolo Calvo a  
sum Papae annos regim

In Bullis plumbi  
tomen, exhibete; p  
te saeculum XII occu  
mentis II exhibet in  
MENTIS. In posti  
ratione, additis orna  
Alexandri II bulla ob  
Pape. In medio legu  
coelo porrigit clavem  
fatuam. Bullam innc  
ex errore sculptoris,  
Urbani VI et Leonis  
stantiensis fig. 27. et Ba  
lancum suscipiunt, b  
onvtab. II. n. 5. 6. 3. 7  
1. Diplomatibus l'apal  
SE VALETE. Saeculi  
bus bullatas scribabant  
scribunt et arcir, quibus  
hoc. Praecerat eis protosc  
rite enata fuit, quam nos  
millebarii bullatas littera  
149. venit. Tum Arc

(\*) In Animaduersionibus  
§. 29. p. 47.  
(\*\*) HISTOIRE des Papes To  
(1) JOHANNES DIACONVS  
(2) MABILLONII appendix a  
et in appendice supplement  
rum p. vii,

dershermensi monasterio datis, ostendit Ioannes Georgius Ecclardus. (\*\*) Formula: *in perpetuum*, in bullis saeculi IX et X est satis frequens, adhibita quidem duntaxat in bullis momenti maioris. Minoribus rescriptis addita est formula: *Salutem et apostolicam benedictionem*. In Martini Poloni Chronico perhibetur, S. Cletum hanc formulam primum adhibuisse. At nulla supereft epistola Cleti, et ipsa formula non excedit antiquitate saeculum septimum. A Leonis IX et Gregorii VII demum temporibus formula ipsa constanter fuit adhibita. (\*\*\*) Gregorius Magnus fuit primus vocavit *seruum seruorum Dei*, ad fastum Episcopi Constantinopolitani reprimendum, (h) quamvis is ea appellatione perpetuo non sit usus. Chronologia Pontificum satis adhuc est intricata. Pontifices ipsi ad saeculum usque decimum scripturam in diplomatis adhibuerunt Longobardicam, nec amissim. lineaeque rectae normam obseruarunt. Eidem desumferunt characteres chronologicos tum a consulis ad Carolum usque Magnum seu annum 801, tum ab inductione, annis Imperatorum, ab annis sui regiminis, cum annis Caesarii iunctis, nec non ab annis incarnationis. Mortuo Imperatore, et vacante imperio, Pontifices vti sunt formula: *regnante Imperatore Domino nostro Iesu Christo*. Incarnationem nativitatem mensibus nouem praecessit, et coepit a die XXV Martii, a quo quippe Pisani computabant anni sui auspicium. Interdum *annus incarnationis* ab anno nativitatis haud differt. Exstant bullae, quae dicuntur datae *Papa regnante*. Litterae P. C. notant *post consulatum*. Saeculo decimo exeunte, Pontifices vti cooperunt annis, ab incarnatione Iesu deductis. Leonem IX extitisse primum, qui eum introduxit calcum, arbitratur MABILLONIVS *de re diplomatica* L. II. c. 25. §. 8. p. 185. sq. At Clemens II iam epocha Christi ad annum 1046 usus est in bullae, ad Fulenses data, apud SCHANNATIVM tab. I. Leo IX eam aeram omisit in bullae, ibidem producta in tab. 2. Johannes VIII fuit appellatus *Dominum nostrum vacante imperio*; ni potius Romani eum sic cognominarunt. Ipse annos regiminis sui adiicit litteris bullatis, a. 878. scriptis, defuncto Carolo Calvo a. 877. Vide LABBEI Conc. To. X. p. 318. sq. Extra hunc casum Papae annos regiminis sui tunc nondum computabant.

## §. III.

In Bullis plumbeis Pontificum solet antica Paulum et deinde Petrum, secundum protomen, exhibere; postea ostendit nomen mandantis vel praemunientis Papae. At ante saeculum XII occurunt quoque in contrarium exempla. Ita antica pars Bullae Clementis II exhibet in medio crucem et circulum circumactum cum epigraphe: *CLEMENTIS*. In postica legitur: *† PAPAE*. Benedictus VIII ita praeierat. Eadem ipse ratione, additis ornamentis aliis, bullam alii quoque Papae suam fieri iussent. In Alexandri II bulla obuiae sunt in postica litterae, perigraphen exhibentes: *Alexandri Pape*. In medio leguntur haec: *Iol.* In antica sedet Petrus, cui manus quaedam ex coelo porrigit clauem, cum inscriptione: *Quod nectis, nectam; quod soluis, Petre, resoluam*. Bullam Innocentii III exhibeo in tab. III. fig. 7. Paulus a dextris est locatus, vel ex errore sculptoris, vel quia ipse Romanam fundauit ecclesiam. Concordant bullae Urbani VI et Leonis X, in tab. VI. fig. 29. 30. Vides addita conciliorum sigilla, Constantiensis fig. 27. et Basileensis fig. 28. In posteriori duo saltem Monachi ad spiritum sanctum suscipiunt. Bullas complures exhibuit HEINECCIVS in *syntagmate de sigillis veteriorum* tab. II. n. 5. 6. 3. 7. tab. III. n. 23. tab. IV. n. 20. tab. V. n. 5. 9. 11. tab. XV. n. 1. 2. Diplomatibus papalibus olim ante Datum litteris maiusculis fuit subscriptum: *† BE-NE VALETE*. Saeculis XI. XII. XIII. ea formula exprimitur monogrammate. Litteras bullatas scribent olim Diaconi, quibus scribarii et arcarii dignitas adiuncta. Illi a *scriniis* et *arcis*, quibus chartae publico nomine emissae adseruabantur, sic dicti fuerunt. Praeierat *eis protosciriarii*. Quum vero acta in libros referrentur, bibliotheca inde enata fuit, quam nos cancellariam vocaremus. Ad Leonem usque IX cancellarii et bibliothecarii bullatas litteras scribent et subsignabant. (i) Leo IX in Germaniam a. 1049. venit. Tum Archiepiscopum Colonensem Hermannum eiusque successores

crea-

(\*\*) In *Animaduersionibus histor. et crit. ad I. Fr. SCHANNATI Dioecesin et Hierarchiam Fuldensem* §. 29. p. 47.

(\*\*\*) *HISTOIRE des Papes* To. I. p. 21. à la Haye a. 1732. 4.

(h) JOHANNES DIACONVS in *Vita eius* L. II. c. 8.

(i) MABILLONII appendix ad To. IV. *Annalium Benedictinorum* n. 58. p. 735. n. 62. p. 737. n. 64. p. 739. et in *appendice supplementorum ad opus de re diplomatica* n. XIV. p. 100. VICTOR L. III. *dialogorum* p. 854.

creauit Archicancellarios. Nihiloceius manebant Cancellarii. Sed qui subiecti erant Hermanno eiusque successoribus. (k) Primiscrinus erat primus secretariorum, quem a. 419. Symmachus, praefectus urbis Romae, aluit. (l) Primicerii et secundicerii ac bibliothecarii fungebantur munere Apocrisiariorum et Cancellariorum. Apud LABBEVM (m) subscriptum est priuilegio Iohannis VIII, a. 876 emiso : *Per manum Christophori Primicerii sancte summe sedis apostolice.* (n) Adrianus II a. 872 confirmauit litteris bullatis bona, monasterio Corbeiensi addicta. Eis subscriptis Stephanus Notarius camere sacre romane ecclesie eaque data est per manus Sergii primicerii defensorum sancte Jedis apostolice. Sergii primicerii bullam ex Ciaconio adfert SCHANNATVS. (o) Nam olim Episcopi quoque signarunt plumbo. Qui mos ante annos hos trecentos et ultra plane exoleuit. Quando bullas plumbeas adhibere coepérint Pontifices Romani, pronuntiatu est admodum difficile, siquidem testimoniis perspicuis et bullarum ipsarum praesentia veritas est comprobanda. HEINECCIO (p) probabile videtur, diplomata initio pauca eaque solius cerae interuentu a Papis fuisse signata, ipsos vero demum saeculo VII coepisse promiscue vti plumbo ac cera, donec sensim saeculo VIII cerae usus plane euauerit, et ad Brevia, quae vocant, sit relegatus. Plumbum parabile est diuque perdurat. Eam ob caussam Patriarchae Constantinopolitani bullis plumbeis (q) indubie sunt usi, quos deinceps, vti in aliis rebus compluribus, Romani Episcopi fuerunt imitati.

## §. IV.

Victor II priuilegium exemptionis, Gandiensi parthenoni concessum, bulla signauit, quam vocant Auream Romam. Eam adtuli in Tab. VII. fig. 9. 10. Producunt eam certatim MABILLONIVS, (a) HEINECCIVS (b) et SCHANNATVS. (c) Singulis priuilegiis eam Victor II adiecit bullam, ex filiis sericis, coerulei flaviique ac rubri coloris, pendentem. In auersa parte manus Christi, benedictionem impertientis, clavem tradit Petro, quae duorum est dentium ac a fabris serariis pro adulterina haberi solet, addita perigraphe: *Tu pro me nauem liquisti, suscipe clavem.* In antica est castrum conspicuum, cui adscriptum: AVREA ROMA. Qui olim Romae dominabantur, ei urbis effigiem, praecipue arcis regiae, in numis suis designabant. Carolingidae et Ottones Cæsares adhibebant bullas, ornatas hac perigraphe: *renouatio imperii Romanorum.* Otto III, loco vocis ROMA, quae antea castro in antica erat subiecta, posuit: AVREA ROMA. Sub Henrico II et III loco verborum: *renouatio Romani regni seu imperii,* circumiectus est hexameter: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* Imperatores hoc ipso signo se ferebant pro Dominis Romae aureae, id est, præstantissimæ terrarum dominae. Victor II, qui anno 1054 Leoni IX successit ac a. 1055. 14 Apr. ipsa die Coenae Domini in Moguntina synodo in Pontificem consecratus est, fato suo defunctus a. 1057. 28 Iulii, dum Romam auream inserere bullis suis coepit, aemulari maluit potentiam Imperatorum quam Christi et Apostolorum.

## §. V.

*Annulus pectoralis* adlatus est, quantum ad figuram adinet, in Tab. VI. fig. 31. Solet is a Pontificibus imprimi eis epistolis, quae obsignantur. Figura eius limbum exhibet, veluti e fragmentis chartae Pergameneae contortis implicatum, ac Petrum cymbæ insidentem, adstante tridente nautico, atque extrahentem sagenam e fluctibus. Piscatio et rotunditas trahuntur ab inuidis ad significandam humorum undeque expeditorum corrosionem. A fronte emicat figura Christi, vocantis Petrum. Petrum hac sigilli forma iam fuisse usum, imperitis credendum relinquitur. Litteris priuatis id imprimi ante saeculum XIII consuevit. Ea autem aetate tanslatum fuit illud ad epistolas signandas. MABILLONIVS (s) distinete id ita comprobavit. En verba: *Olim am Breuibus*

(k) BARONIVS To. XI. *Annual. eccl.* ad a. 1051. n. IX. p. 201, FERD. VGHELLIVS To. III. *Italiae sacrae p. 409.*

(l) HISTOIRE des Papes To. I. p. 191.

(m) Concil. To. IX. p. 241. sq.

(n) Conf. eamdem subscriptio formularum ad a. 878. p. 277.

(o) In Archivo Fuldense vindicato p. 34.

(p) In Syntagm. P. I. c. 5. §. 17. p. 48.

(q) Ius Graeco Rom. To. I. lib. 1. p. 236.

(a) In Appendix noua de re diplomatica L. VI. p. 642.

(b) In Antiqu. Goslar. L. I. p. 64. et Syntagm. de sigillis, tab. 2. n. 9. 9. 10.

(c) Loco laudato p. 38.

(s) De re diplomatica L. II. c. 14. p. 130. A.

ubus quam Bullis identicis inservit ex annis  
SONVS in Clemencie I  
Grosian confangueuerunt  
sub bulla, sed sub p  
Nondum quippe in Breu  
Pontificis symbolis genti  
an lateras, quantum  
spatius est annulus pif  
tuli II (u) SVB AN  
sigilla Pontificum. E  
en eius intimum sur  
inciliisse deleri po  
caussam desumis fi  
hacca SCHMIDII d  
unaci incidentam e

In libello quodam  
per Ioannae Papissae  
et rebus nonnulla, a  
fabulae non esse auctor  
Commendum incidit in  
quæ ibidem Biblioth  
mura. In eis haec hab  
MVLIERIBVS - - -  
Editor rara, ignota Maitt  
PASSAE in partu. Acpi  
- Hic liber Rome imp  
Enre vix alibi obuio in  
de annis XIX. Haec

Pontifices Romani o  
rebant. Patet id  
X adiecta, haud sunt g  
ubio Lampringensi ci  
ardi, Episcopi Halber  
pratores singulas confi  
us muniebant. Episc  
ibus gentilitiis, ligill  
neperunt ipsi corpora e  
bonilli Episcopi. Abbi  
elesiasticum, in quibus pa  
ciensi incidenta curauit,  
non innotcerent. In p  
non unquam vnum, saepi  
reliceret chartae. Exei  
tatem, adduxi sigillum  
non unquam ope instrume  
ut in sigillis; tenentes lib  
partientes benedictionem

Spicileg. To. IV. p. 392.  
Ibidem p. 418.  
Pag. 31.  
Apud Claudium du MOLINE

ibus quam Bullis idem sigillum plumbeum apponebatur, nec scio, an multum ante annos quadragesimos inuentus sit annulus piscatoris. De eo quidem nihil legi antiquius, quam quod refert MAS-  
SONVS in Clemente IV, qui, anno MCCLXIV Pontifex renunciatus, epistolam ad Aegidium Grossum consanguineum suum sic concludit: " Non scribimus tibi nec consanguineis nostris sub bulla, sed sub pescatoris sigillo, quo romani Pontifices in suis secretis vtuntur." Nondum quippe in Breuibus usitatum erat istud sigillum, sed in litteris priuatis, in quibus modo Pontifices symbolis gentilitatis vtuntur. Certe quotquot vidimus ante id tempus minutus Pontificis litteras, quantumvis breues et exiles, sigillum plumbeum habebant appensum. Breuibus appositus est annulus pescatoris saeculo decimo quinto, qualia sunt Breuia Calisti III (t) et Pauli II (u) SVB ANNVL PISCATORIS. Annulus hic cerae imprimitur, non plumbo, ut alia sigilla Pontificum. Hactenus Mabillonius. Annulus hic per ipsum pontifice vel familiarem eius intimum summa cum diligentia adseruatur. Imprimitur autem cerae rubrae, ac facilime deleri potest. Vix deprehendi vestigia eius in uno et altero Breui. Quam ob caussam desumsi figuram integrum ex Venerandi quondam Praeceptoris mei Ioannis Andreae SCHMIDII dissertatione de Annulo Pastorali, Helmstadii a. 1705. excusa, (x) qui eam aeri incidendam ex nummo Innocentii IX (y) curauerat.

## §. V.

In libello quodam nostro vetustiori, et ad saeculum XIV referendo, occurrit pueri Ioannae Papissae effigies. Dixi nonnulla de Ioanna Papissa in *Vita Gertrudis*. Addere heic nonnulla, animus est, vt Pontificii credant, nos illius siue historiae siue fabulae non esse autores, sed eam gloriam solis Papae cultoribus existere propriam. Commodum incidit in manus Cl. Ioannis Ludolfi Bünemann, Rectoris Mindensis regiique ibidem Bibliothecarii, *Catalogus Msorum membranaceorum et chartaceorum varissimorum*. In eis haec habentur p. 43. IO. BOCACII de Certaldo opus de PRAECLARIS MVLIERIBVS - - impressum Louanii per me Egidium van der Herstraten, anno 1487. Editio rara, ignota Maitairio, nitida cum lepidissimis figuris; in his imago JOANNAE PA-  
PISSAE in partu. Ac porro p. 71. 72. CRONICA summorum Pontificum Imperatorumque - - Hic liber Rome impressus est per Magistr. Iohannem Schurener de Bopardia a. 1476 - - Errore vix alibi obuio in aliis legitur: IOHANNES ANGLICA que femina fuit, papatu se-  
dit annis XIX. Haec obiter:

## CAPVT. VII.

## Sect. 3.

Pontifices Romani olim ratione habitus ab aliis Episcopis ac Archiepiscopis non diffe-  
rebant. Patet id ipsum ex tab. I. fig. 1. Sigilla, Episcoporum litteris saeculi IX et  
X adiecta, haud sunt genuina. Id quidem certo constat de Alfridi sigillo, quod in coenobio Lamspringensi conspicendum praebetur. Idem adfirmandum est de sigillo Bern-  
hardi, Episcopi Halberstadiensis tab. 10. fig. 9. Ante Lotharii enim Saxonis aetatem Im-  
peratores singulas confirmationes maioris momenti sibi reseruabant easque diplomatis suis muniebant. Episcopi, et Abbatissae ad saeculum usque XIV abstinuerunt ab in-  
signibus gentilitatis, sigillo iungendis et inserendis. Saeculo autem XV et consecutis  
cooperunt ipsi corpora et vultum a sigillis remouere, substitutis stirpis suae insignibus.  
Nonnulli Episcopi, Abbates et Abbatissae, immo Domini nobiles adhibuerunt sigilla  
ecclesiarum, in quibus patroni sacri eminent. Sigilla potiora ecclesiastica adseruaui  
et aeri incidenda curauit, vt artificum scientia et vestimenta personarum ecclesiastica-  
rum innotescerent. In postica plerumque cerae ostentant vestigia pollicis vel digiti,  
nonnunquam unum, saepius duo vel tria. Facta est ista adpresso, vt cera firmius in-  
haeresceret chartae. Exeunte saeculo XV mos ille exoleuit. Ut hoc accurate per-  
suaderem, adduxi sigillum in tab. XI. fig. 12. ex cuius tergo adparet, adpressionem  
nonnunquam ope instrumenti metallici ligneive tuisse peractam. Episcopi olim sta-  
bant in sigillis; tenentes librum et pedum episcopale, aliquando dextra in altum elata  
impertinentes benedictionem. Puduit eos sensim libri ac euangelii. Quare loco bene-

Gg gg gg gg

di-

(t) Spicileg. To. IV. p. 392.

(u) Ibidem p. 418.

(x) Pag. 38.

(y) Apud Claudium du MOLINET obuio in *Historia Pontificum per eorum numismata* p. 125.

dictionis et libri euangelorum insignia natalium in ligillis suis exprimenda curarunt, ut innotesceret, ipsos regenerationem insuper habere et dominatum affectasse externum. Cum signis hisce mutatis conuenit mutatio deuotionis et adrepta vanitatum gloria.

## DISS. VIII. DE MINISTERIALIBVS ECCLESIAE GANDERSHEIMENSIS.

### Conspectus.

- §. I. Status triplex hominum, Germaniam olim incolentium.
- §. II. De Nobilibus.
- §. III. De Frilingis et Liberis.
- §. IV. De seruis, et eorum differentia.
- §. V. De modis, in seruitutem perueniendi apud Saxones veteres.
- §. VI. De Ministerialibus, eorum definitione et diuisione.
- §. VII. De Ministerialibus primi generis, politicis, et ecclesiasticis.
- §. VIII. De Ministerialibus secundi generis.
- §. IX. De Ministerialibus tertii generis.
- §. X. De capellanis et notariis, ac cancellariis.
- §. XI. De Officiatis hereditariis, Aduocato et Officiali.
- §. XII. De Mareschalcis.
- §. XIII. De Dapiferis.
- §. XIV. De Pincernis.
- §. XV. De Camerariis.
- §. XVI. De vilitate conditionis ministerialium tertii generis.
- §. XVII. De beneficiis eorum et praerogatiis.
- §. XVIII. De eorum amplificatione et ad nobilitatem translatione.
- §. XIX. De Arcariis speciatim.

### §. I.

**G**ermani veteres erant triplicis conditionis, videlicet diuisi in *Adelingos* (a) seu *nobiles*, in *Frilingos* (b) seu *liberos*, ac in *seruos*. *Frilazzi* (c) vocabantur, qui, e conditione seruili eluctati, sese in libertatem adseruerant. Hosce Romani vocabant *libertos* et *manumissos*, eosque honoratori habebant in loco, quam Germani facere confueuerant. *Frilingi* seu *ingenui* liberive tenebant agros, ab exactionibus immunes, quos *huobas ingenuiles* et *mansus* (d) vocare moris erat. *Mansus* (e) complectebatur tot agrorum numerum, ut *mansi* seu *domus* esset ad eos colendos in proximo adiungenda. Ex *mansione* eiusmodi est *Gallorum* seu *Francorum maison*. Domus eiusmodi passim erant locatae ad singulos mansus, donec metus belli, incendia et commoditas suaserunt, ut proprius habitare sit coemptum. Haec est origo villarum, der *Dörfer*. *Duces bellici* ex *Frilingis* (f) quoque suinebantur, quippe qui, simulac armis gestandis habiles publice declarati erant,

- (a) *NITHARDVS L. IV. de diffens. filiorum Ludouici Pii p. 105. FRESNII glossarium latinum To. I. p. 58. sqq. JOHANNES GEORGIVS ESTOR in Commentar. de Ministerialibus c. V. §. 258. p. 331. sqq.*
- (b) *FRESNII glossarium To. II. p. 604.*
- (c) *NITHARDVS L. c. habet Adelingos et Frilingos. Frilazzi occurunt apud STEPHANVM BALVZIVM To. I. Capitularium Caroli M. p. 115. Vide FRESNIVM To. II. p. 604.*
- (d) *FRESNE in Vocibus *Ingenuus* et *Mansus*, To. II. p. 74. 434.*
- (e) *De manso videantur LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS delle Antichità Estenfi et Italiane p. I. p. 4. et 366. IOACHIMVS POTGIESERVVS de conditione ac statu seruorum Germaniae p. 116. ESTOR l. c. c. 2. §. 70. p. 99. sqq.*
- (f) *TACITVS de Germ. c. 7. Reges ex NOBILITATE; duces ex virtute sumunt.*

erant, in comitis  
raro (b) in ciuitate.  
cati sunt fulfreiales i  
tent. TACITVS co

Ingenuis superi  
Electores, Duces, C  
ium voce olim lat  
x si pius Duces bel  
(k) gentis proceres a  
Vnde est kleinod i. e. e  
imum datum, ex  
litis habuerunt.  
spellarunt edelinc et  
leges sunt proximi  
Comiti (o) ac Domini  
bunt. Proceres Saxo  
pgt. (q) constiteru  
tas. Hicce communi  
Welcodium, in fili  
telloes loco beneficii  
maria eorum primo dig  
spellantur. Medio  
nat. Id tamen magis  
igitates laxit heredit  
m dedit. (s) Facile  
Germanorum compara  
nisterialibus, nisi Com  
potentioribus. Rarissi

(g) TACITVS l. c. c. 13.  
(h) Idem TACITVS l. c. c.  
(i) PAULVS WARNEF  
nic. ad. a. 776. p. 14.  
(k) ADAMVS BREMEN  
(l) SPELMANNVS in Go  
Diff. de Feudis extra  
tern, pacendo, alieno  
eadem D. Caspar Ach  
p. 21. sqq.  
(m) Georgius HICKES in e  
p. 14.  
(n) ESTOR de Ministerialib  
Gallic, t. p. 18.  
(o) Sifridius Comes Northeme  
rate ad a. 141, quod sup  
Vide Diploma Friderici de  
POETA SAXO ad a. 103, p.  
ANALYSTA SAXO apud  
THEGANVS de Gallia lud  
ment sui et avi et tristis,  
erit, et amanti sui impres  
Empire par Mir. Heis L. L. 2  
WIPPO in Vita Conradi II  
parentum beneficia vili pos  
stituto habetur ipsa in legib  
Hunc enim Lotharium delig  
toris gratia nominio D. Cas  
c. III. §. 17. p. 66. Superca  
tamen lecius Eugenii Papae  
autem CPACIVS ad L. I. cit.